f It item ꝯditū pādodopū ex lactuca: buglosso: mētha: nepita feniculo: petrosellīo: sisymbrio: origano: cerifolio: cicerbita: quā teraxicō: lāceda: quā arnaglossaꝫ medici vocant: morella: feniculi flore: ac plerisqꝫ aliis odoriferis herbis: bene lotis: expressisqꝫ patinaꝫ amplaꝫ reqrūt: sale multo īspargi: atqꝫ oleo inungi debent: aceto deinde superfuso ubi paululū resederit: eaꝝ siluatica duricies comedenda: ac bene dentibus ꝯterenda sunt. Hoc ꝯditū pluscululū olei ⁊ minꝰ aceti reqrit. Hyeme magis q̄ꝫ estate ꝯuēit: qr plus ꝯcoctiōis: que hyeme valida est requirit. Conditura portulace.

ſ It bene lota portulaca: secretaqꝫ a ꝑduro caule ī patinā reposita: cū cepa minutatī ꝯcisa: sale oleo: aceto ꝯdiat̄. Sūt q ad ꝯprimēdā frigiditatē

portulace pip tritũ: ac cynnamomũ ĩsparg.it. Portulaca.n. quã popli licet appellare frigida ẽ & humida: & ob hanc rez nõ multũ nutrire existimatur. Nimios tñ stõachi renũ ac vesice ardores extinguere putatur. Plurim9 eius vsus oculos hebetat: venerẽ ĩhibet: venerisq3 somnia. Mãducata itẽ cũ polenta: ĩtestinoꝝ vomitiões sistit: aluũ refrigerat: laborãtes podacra calida sanat. Ei9 radix suspẽsa filo gestata ad colluz vue morbũ expellit. Quod accidisse ꝓtorio viro scribit Pli. Recẽs postremo masticata stuporẽ dentiũ ex esu acerboꝝ fructuũ cõtractũ diminuit ac tollit.

Rosmarini Conditura.

q Ui lautius ac salubrius eẽ consueuerint: e floribus9 rosmarini cõditurã faciunt. Huius fructicis duo sunt genera: alteꝝ sterile: satiuũ alteꝝ: & cui caulis flos ac semẽ resinaceuz ĩest. Folia odorẽ thuris preseferũt. Eius radix viridis adhuc vulneribus9 ĩposita corpora sanat. Succ9 fructicis & radicis regiuz morbũ pellit. Oculoꝝ aciẽ exacuit. Semẽ ad vellenda pectoris vicia potui datur. Flores ei9 mane collecti: ac illoti oĩno ne viz amittant: cũ sale bene trito oleo & aceto cõditi ad voluptatẽ & salubritatẽ faciunt. Naz & stomachum concalefaciunt: & reumatisinos tollunt: & asmaticis prosunt.

De conditura Malue.

m Irabuntur fortasse qui naturaz malue ignorãt: me hanc herbam ĩter edulia posuisse. Sz desinant mirari: & quantis laudibus extollenda sit aĩaduertãt. Malue duo genera satiua & siluestris: & vtraq3 laudanda: q̃ altea diciẽ: ꝙ alte surgat: amplitudĩe folii discernãtur. Satiua minor. Hãc greci a molliendo ventre vocauere.

Omne solū in quo serit̄ malua pīguescit. Ualet hec herba ꝯ oēs aculeatos ictus:p̄cipue vero scorpionū vespaꝝ:apū:muris:arachnei. Quin ꝛ trita cū oleo cutiqꝫ extensa:hominē ab iniuria taliū bestiolaꝝ d̄fendit. Cruda illita vulneri aculeos oēs ex̄hit. Fert̄ hoīeꝫ oīb⁹ morbis carituꝝ:si q̄libꝫ die ex succo malue aliqd sorbeat. Ualet itē hic succus quāq̄ꝫ stomacho aliquantulū inutilis ꝯ bilē atrā:ꝛ eā maxīe:q̄ iaꝫ ad insaniā ducit. Elixat̄ tenelle malue caulis ablata cima:ꝛ ī patinā more asparagi positus cū sale oleo ꝛ aceto comedit̄. Condiuntur ꝛ eodē modo flores. Nec insalubre hoc genus cōditure habet̄:cū ꝛ calculosis:ꝛ inflationi:ꝛ torminib⁹:ꝛ sacris ignib⁹ medetur.

De Conditura Intybi.

i Ntiba īpatientiora frigoris habent̄:caule foliis ac radice optima ad restaurādū fastiditū palatū sūt. Est ꝛ erraticū:quod egyptii cycorium:nostri ābulā vocant:siluestre hoc q̄dē habet̄. Uere caules:estate folia:hyeme radices bene lotas ꝛ excauatas ꝓpter duriciē ꝛ amaritudineꝫ: cum sale oleo ꝛ aceto salubriter edim⁹. Nā ꝛ stōachū cōcalefactū ꝛ dissolutū astringūt ac refrigerant: aluum sistunt:dysentericis ꝓsunt. Coctū intybū venerē soluit:iecinori:renib⁹ac stōacho ꝓdest:maxīe āt si cū aceto:cū passulis decocto comederis: aut aliqd de fruti patine īdideris:cynnamiqꝫ triti quātū vis modicū īsparseris. Cycoriū q̄dā ob singularē salubritatē chreston appellarūt. Quidā v̄o pācratiō: q̄d oīa bona cōplectatur. Huius vsus ꝛ vesicaꝫ adiuuat ꝛ geniturā effluentē morbo valitudinis sistit:ꝛ venenis ac peste laborantibus prodest. Ad hepar tamen refrigerandum ante omnia natum videtur.

Eius flores nequaq̃ȝ a caule degenerantes: eodeȝ modo condiantur quo ꝛ supradicti. sunt qui ꝛ intybus ut Cornelius celsus masc. genere pronuncient.

De Conditura saxifragie.

a Ppellatã saxifragiaȝ Apuleius asserit: ꝙ lapillos in vesica frangat atq̃ȝ cõminuat. Eius radix petrosellio assimilis ẽ: q̃ ablata lota atq̃ȝ ĩ frustra cõcisa: cũ sale oleo ꝛ aceto comesa: ob eius caliditateȝ ꝛ siccitateȝ lapidẽ: (ut diximus) frangit. Renes ꝛ vesicã purgat: concoquit̃ tarde propter siccitatẽ: que ꝯcoctioni contraria ẽ: quã cõtra hũidũ ꝛ calidũ adiuuat.

De conditura pimpinelle.

p Impinelle: q̃ ꝛ bibnella grece dicit̃ vis calida ꝛ sicca inest. Ob hãc rẽ tarde cõcoq̃t̃: voluptatem edentibus affert. Colecta ac lota ĩ patinã ac suomet caule si tenera ẽ reponi debet: sale oleo ꝛ aceto condiri: si ꝑdura fuerit folia tm̃ sumant̃. Aperit hic cibus iecinoris fibras: vrinam prouocat: ac lapides vt saxifragia: non tamẽ adeo cõminuit.

De Conditura Acetose.

a Cetosa ab acore nomen trahens in quatuor genera diuiditur: duobus in cibis nõ vescimur lapacio. s. ꝛ rumice. Alia duo in conditurã veniunt quoꝝ alteꝝ: quod oxylapaciũ vocari potest: arenosa ꝛ lapidosa amat loca. Folia habet acutiora: ꝛ simitudinẽ unguis ex pollice imitantia: crescendo ĩ sole ac caule ĩ folia q̃sdam fibras ducit. Hec herba mea vernacula salma: ꝙ salis imitet̃ saporẽ vocat̃: alteꝝ qđ hypolapaciũ dicit̃ in fecundioribus orit̃ locis: similitudinẽ hoc habet cũ tripholio. Hec vulgo acetosella dicit̃. Habent hec duo genera acetose frigiditatẽ ꝛ austeritatẽ ĩ se: hũores gẽrãt neq̃q̃ȝ ĩprobãdos:

fastidiũ tollunt:appetentiam inducũt: siti extigũt: viz cordis corroborãt:aluuz fluentẽ sistunt cholerã reprimũt. Pota earũ decoctio scabiez ⁊ pruritũ ex tinguit. Sunt q acetosã illotã ẽt statiz prima mensa cuz pane sine vllo condimẽto comedant: quod ego persepe facio Emine nostri consilio. Addunt qdam acetũ: nonnulli oleũ: quouis modo comederis salu- bris ẽ: estate presertiz ⁊ pestilenti celo. Hac herba medici in multis pharmaciis precipue vero in poti onibus vtuntur.

De Asparago condito.

a Sparagi duo genera hortẽse ⁊ acreste. Incul tuz gratius est: quod alii chorudaz: alii libycõ appellant. Asparagũ dictuz q̄ i locis asperis nascatur asserit Uarro. Sunt qui dicant lingua cal dea caulez asparagũ vocari. Hec.n. herba semper in caulẽ crescit. Elixi asparagi in patinã extẽduntur sal oleũ ⁊ acetũ infert. Sunt q eos aromatibus con spergant. In prima mensa comesti inflatiões stõa- chi discutiũt: oculis dilucriditatez afferunt: aluũz le niter molliũt: pectoris ⁊ spine doloribꝰ: ĩtestinoꝝqz viciis prosunt. Sunt q eos addito vino coquãt: qd eo modo efficatiores sint. Eius vsus si minus fue- rit non paꝝ ĩterdũ nocet: cũ vrinã citã emittat: vesi cãqz: qd pniciosiuz ẽ exulcerat. Radix asparagi trita ⁊ in vino albo pota: calculos fugat. Quidã vero suc cuz eiꝰ ex vino datuz: ꝯtra venena vtilẽ credidere.

De conditura lupuloꝝ.

l Upuli quoꝝ vis calida ẽ ⁊ hũida ĩ sepibꝰ ac ma ceriis nascũt: quos ego aut a colore lupio: aut ab aspitate sic appellatos puto. Asprimi.n. sunt: ⁊ co lorem lupi caule: ⁊ foliis imitantur. Coquuntur hi ⁊ condiuntur eo modo quo ⁊ asparagi. Frigi quoqz

in oleo ⁊ liquamine non incōmode possunt: sed sa- lubres sunt. Elixi ⁊ si paruꝫ nutriunt: sanguineꝫ ta- men purgant: epatis fibras aperiunt: vrinā ciēt: bo nū ⁊ viuidum colorem inducūt.

De conditura capparis.

c Apparis siccis in locis serit: area circūquaqꝫ effossa: structis vndiqꝫ aut natura ripis: aut artificio lapidū ne luxuriari permittatur. Fructice surgit firmiore: vnde vna cū semine caulis plerūqꝫ decerpitur. Eius genera ⁊ maxime peregrina: (ut ait plinius) fugiēda sunt. Nā ⁊ arabicū pestilens est ⁊ apulū vōitus facit: stomachū ⁊ aluū violenter mo uet. Verū nūc (ut mihi videt) mutata natura est. In precio.n. peregrinus ē: ⁊ maxime egyptiacus: nec īprobat apulus. Capparis fructicē cynosbaton qdā nosbatū alii: nōnulli staphilē vocarunt. Siccā ⁊ cali dā presefert. Neqꝫ paralysi periclitari eos ferunt: q cappari quotidie vtunt: non lienis doloribus: nō epate cū fibras vitaliū ⁊ precordioꝝ aperiat: humo resqꝫ glutinosos: ac melancholicos in primis a sple ne abigat: vrinā ciet: lūbricos interficit: venerē exci tat: ac contra venenū tyriace viꝫ optinet. Conditur fit hoc modo. Indes in cacabuꝫ aque non feruētis sed apprime calide: ubi tādiu sines: donec abundan tē salsedineꝫ dimiserit. Transferto inde in aquā re- cētē: iqꝫ eā tādiu sinito: quoad refrigescat. Inde po stremo auferens expressum ī patinā repones: īfun desqꝫ oleū ⁊ acetū nō multū. Sunt q mentham hu- ic edulio addant: nec incōgrue id quidem: cuꝫ ⁊ ad voluptateꝫ ⁊ valitudinem faciat.

De Cariota ⁊ pastinaca.

p Astinace: cuius vis omnis in radice & semine est: duo sunt genera: & quod sponte venit: & quod seritur. Primo vere vel autumno solo quam altissime refosso. Annicula utilis esse incipit: bruma utilior gratior autūno. Pastinacā albā esse: cariotam vero rubeam: vel subnigram asserunt medici. Hec melior in horto: ac maxime in viterbiano solo: illa felicior silvestri terreno nascitur. Ambe sunt difficilis concoctionis: pauci & grossi alimenti. Bis elixanda est pastinaca: prima decoctio abiicitur: secundo cum lactuca incoquitur. Inde in patinam translata cū sale aceto: coriandro: pipere condita: esui pei commode datur. Nam & tussim & pleuresim: & hydropisim sedat: ac venerem excitat. Frugi etiam excauata post primā concoctionē: in oleo & liquamine farina inuoluta solet. Conditur & cariota eo modo: quo & pastinaca sed suauior habetur: q̄ sub calido cinere & carbonibus coquitur. Subtracta ubi paululū refrixerit: depilanda est & omnino abstergendus cinis: tessellatim concidenda: in patinaque trasferenda: addendū sal: irrorādū oleū atque acetū: ex defruto vel sapa nonnihil addēdū: inspargendo aromata dulcia. Hoc nihil esui suauius. Duabus in rebus homini prodest: Nā & bilem reprimit: & urinam ciet. In reliquis vero ut epati: stōacho: ac spleni aduersatur.

De Conditura Separum.

c Oquitur & cepa sub cinere & carbonibus tādiu donec omne crudū exhalauerit: ubi refrixerit minutatim concisa patine inditur sale oleo defruto: vel sapa inuoluitur. Sūt qui & cepe piper aut cynnamū inspargant.

De Conditura Porri.

e Lixatur porrum: aut sub cinere coquitur patineque im

missũ ad secũdam veterem tussiȝ cũ modico sale ac plusculo melle in prima mensa comedit. Condiũt ⁊ hec q̃ antea cõmemoraui aliis modis: de qb⁹ vbi ordo mensaꝝ regret dicet.

Patina ex capitib⁹ ⁊ intraneis caponũ ⁊ gallinarũ.

g Allinaꝝ atqȝ auiũ iocuscula: pulmões: pedes: capita ⁊ colla: bene lauabis. lota: ⁊ elixa: in patinam sine iure transferes. Jndes acetũ: menthani: petroselinon: inspargesqȝ piper aut cynnamũ: ac statim conuiuis appones.

Patina de Linguis aut Luganicis.

c Oquant in aq̃ lingue salite: coctas tesselatim ꝯcides: ac in patinam indes: addesqȝ d petroselino: mentha: saluia: ⁊ aromatib⁹ quantũ saterit: vltimo infudat acetũ. Jdem fiet de luganicis maiorib⁹: hyeme tamen magis q̃ȝ estate: plus eni con coctiõis: q̃ melior hyeme q̃ȝ estate fit huiuscemodi cibus requirit.

De Carniũ differentia ⁊ quo tẽpore queqȝ coquenda edenda ve.

s Ed iam tempus est transire ad mensaȝ: quam ego secũdã: ⁊ potiorẽ appello. Jbi eniȝ de carnibus agitur: q̃ meli⁹ ac salubri⁹ q̃ȝ qd uis alid eduliũ nutriũt. Ueꝝ cũ varia sint aĩantia tã terrestria q̃ȝ volatilia q̃ hoĩeȝ nutriũt: varias quoqȝ ĩesse q̃lita tes necesse ẽ. Nec ĩ sexũ min⁹ ⁊ etatẽ ⁊ partes eoꝝ q̃ȝ in specie differentia cadit. Meliores sigdem galline q̃ȝ galli. rursũ si necessitas cogit capre q̃ȝ hirci castrati. mares q̃ȝ femine. iuniores q̃ȝ vetuli. fallit in porcis qui semestres vel anniculi esui meliores habent. veruecei q̃ȝ agni. Enutrita ĩ mõtib⁹ q̃ȝ

in planicie aut palustribus locis. Depasta glandez castaneã: triticũ: hordeuz: fabam: pannicũ: milliuz: q̃z vel furfures: vel herbã: ut ĩ porcis ac galinis gustu deprehẽdimus. Laudabiliora sunt itez q̃ media inter macilentiã ⁊ nimiã obesitatẽ sunt: q̃z q̃ aut pre pinguia: aut macra nimis habentur. Pinguia.n. appetentiã remouent: concoctionẽ disturbãt: ac stomachũ laxãt. Hãc ob rẽ ex obesa carne macrã: rursum ex macra pinguẽ tutius comedemus. Preterea ut hyeme calidis: ita estate frigidis vescemur: ut edulo: pullastra: acidis ac frigidis estate: hyeme pipionibus: calidis ⁊ siccis: autũno cõturnicibus ficedulis vere auiculis e nido posteaq̃z pẽnas emiserit sublatis: hyeme itẽ turdis ac merulis. Est itẽ in coctura magna differentia. Pinguior caro melior assa q̃z elixa ẽ. Rursuz strigosa vel macra: melior elixa q̃z assa: q̃ mediũ tenet quouis modo apte coquetur. Magis ẽt nutrit assuz ⁊ si difficilius concoquitur q̃z elixuz: rursuz iurulentuz: q̃z frictũ. Uerũ ne in his diutius q̃z satis est cõmoremur ad explicandam viz ⁊ naturam animalium: quibus tum ad necessitatez: tum ad luxum ⁊ lauticiem humana consuetudo vescitur transeamus.

De Boue.

b Ouem: cuius appellatione taurũ ⁊ vaccam ac vitulos voco: magno vsui esse mortalibus nemo est qui ambigat A ratione: vectura: lacte: caseo: corio ad calceorũ vsũ. Hic ẽ q apud veteres taz capitalis habebat q bouẽ sine causa q̃z q hoĩem occidisset. Quosdã ẽt apud romanos ĩ exiliũ actos legim⁹: q bouẽ tãq̃z colonũ interfecissent. Coluere quoqz egiptii peculiariter numinis vice bouẽ: quez Apim vocabãt summum apud illam gentem deũ:

q̄ hoc animal ob eius vsū & innocentiā honore di
uino dignum videret. Init feminā taurus vno ictu
q̄ mense decimo parit vel gregi vel vsui hominum.
Lactentes adhuc vitulos appellamus: hos lanii ad
cultū emūt. Occidunt & boues nonnūq̄ ac vacce:
he dū sterilescunt: illi dū aratrū & plaustrū renuunt.
Caro bubula frigide ac sicce nature est difficillime
& coquit & concoquit: crassū turbidū ac melancholi
cum prestat alimentū. Ad quartanas scabiē & le-
prā hominē impellit. At vitulina tutius comeditur
tēperati.n. alimēti fere existit: hāc itaq̄ nō iniuria
mēse nobiliū crebro repetūt.

De Oue Agno & Veruece.

O uis agno: veruece: lana: pelle: lacte: caseo: ster
core: hoīb⁹ vsui est. Ariete vt marito ad ppa
gandū genus vtit: Qui quo senior ē eo melior ad in
eundas oues habet. Agnas fastidit: vetulas sectat.
Fert ventrē ouis quinos menses: mares deinde vel
femellas parit. Femellas in spē gregis si volet re-
tineat pastor. Ex maribus arietem gregis maritū
ēligat: rliquos dū adhuc lactēt laniis vēdat. Quos
in numerū veruecū referri volunt: eosdem non mi-
nores quinq̄ mēsiū castrare oportet. Horū caro sa
lubris est: & agnina melior. Calida.n. & hūida habe
tur ad tēperamentū tēdēs: illa vero plus humidita-
tis q̄ caliditatis habet. Ouē arietē dentib⁹ne attin-
gas: non modo enim ei⁹ caro nō pdest: verū etiā ve
hementer obest.

De Capra & Hedo.

C apra hedo lacte q̄ salubri: caseo: pelle in ca-
strorū vsū hoīe iuuat. Unde & hyemē ptīuar
sub pellib⁹ maiores dicebāt. his ēt naute vtebāt: uil
lis.n. aq̄ pluuiā reiiciūt. Ciyphe capellę olī i pcio

erant::q2 maiores mense quinto pariunt. In qbusdã:lactis magna vbertas. Ex his hedi lactẽtes esui sunt optimi. Capellas auribus spirare nõ naribus: nec vnq̃3 febre carere: Archelaus auctor est. Ideo q3 fortassis aĩa his q̃3 ouibus ardentior. Hac ẽt ob rẽ in concubit⁹ calidiores tradunt. Noctu ẽt nõ mi-n⁹ q̃3 die cernere credũt. Depẽdet oĩu3 mẽto vill⁹: quẽ arũcũ vocãt. Hoc siqs vnã ex grege trahat: ce-tere stupẽtes intuent. Morsus eaꝝ arbori exitialis oliua3 lãbendo sterilẽ quoq3 faciũt: eaq3 ex cã Mi nerue immolant. Capelle atq3 hirci fetidi carnẽ ne degustato. Hedinã q̃ nulla inter domestica aĩalia potior habet edito. Paꝝ.n. excrementi in se habet: facillime concoquit: bene alit: sanguinem bonũ ge-nerat: calido ꝛ frigido contemperatu3. Hic cibus cõ uenit laute uiuentibus: ut Augusto ꝛ Phosphoro: Lucretio non item: qui pitagoreoꝝ pietatẽ laudat: ꝛ rem rusticam sectatur.

De Ceruo.

CEruus: quẽ dictũ putãt latrat⁹ ac morsus canũ perhorrescẽs ad hoĩe3 confugit. Min⁹ item fugiũt humana vestigia q̃3 ferina. Conceptus femellaꝝ ẽ post arcturi syd⁹ Octonis mensibus partũ ferũt. Gemellos ĩterdu3 edũt. Simplex nimiꝝ aĩal ẽ: ac rexꝝ oĩum miraculo stupens: sagittas eni3 ꝛ arcũ venenatis cũ admira tione intuent. Transnatant flumina quãtũ vis lata ac maria cerui gregatim capita clunibus precedentiũ ĩponentes vicemq3 reddẽtes donec olfatu ter-rã: quã nusq̃3 vident addiere. Soli mares cornua habent: qb⁹ vsq3 ad ãnos sex singulos ramos adii-ciũt. Mutat aliquando his color in cãdidũ: qlẽ fuis-se. Q. Sertorii ceruã tradũt: quã eẽ fatidicã hispãie

gentibus īperator nobilissim⁹ persuaserat: habent hec aīalia cū serpētibus pugnā: eosqꝫ e cauernis spiritu nariū exhaūt: ac pedib⁹ conterūt. Ideo cerui cornua in abigendis serpentib⁹ singulare remediū habenť. Uiuere ceruos post centū annos ex aliquibus captis cū torquis ꝛ qdeꝫ aureis ac cute propter obesitatem opertis: quos Alexander magnus indiderat deprehensum est. Febriū morbos non sentit hoc aīal: hanc ob reꝫ qdā principes oībus matutinis diebus ex hac carne degustare soliti: lōgo euo febrib⁹ caruere. Ceruina vero bubule fere assiſis ē. Tarde enim concoquitur: paꝝ alit: ac bilem atram auget. Esui tamen estate: precipue vero mense augusto q̄ꝫ hyeme suauior est: hāc nō edat nostret Brutus ꝛ Celius: ne oīo melancholia obruantur.

De Ursis

Initio hyemis vrsa concipit: nec vulgari quadrupedū more: sꝫ cubāte secū mare compressiqꝫ. Trigesimo die parit carnis frustruꝫ: vnde vngues tm̄ prominent. hoc lābendo paulatiꝫ figurat. Hyeme quaternis mensibus latent. Primis dieb⁹ bis septenis tā graui somno premūť: ut vulneribus vix excitenť. Tunc. n. mirum in modū veterno pigrescūt. Illi adipes medicaminibus sunt apti: contraqꝫ defluuiū capilli tenaces. Post hos dies priorū pedū fructu viuunt. Credit Theophrastus eodē quoqꝫ tēpore coctas vrsoꝝ carnes si asseruenť īcrescere. Inualidissimū urso caput: quod contra: leoni fortissimuꝫ est. Tauros supra cetera animalia īfestat. Capiť laqueis ꝛ falcibus. Eius caro tarde concoqť: spleni atqꝫ epati obest. Multa recrementa generat: appetentiaꝫ tollit: ac fastidio edentes afficit.

d Ama: quā ēt greci dorcada vocāt: capree genꝰ ē: raro mansa fieri potest. Cū capreolis fer in qualitatibꝰ cōuenit. Bonū nāqꝫ alimentū eius caro vescentibus prestat. Modici recrementi est: sanguinem tamen ad atram bilem quoquo modo tendentem efficit.

De Leporibꝰ ꝛ Cuniculis.

q Ui leporem a leuitate pedū sumpsisse nomen dixerunt fallūt: (ut ait Uarro:) ꝙ antiquuꝫ sit vocabulū ꝛ grecū. leporꝝ duo sunt genera: maius ꝛ minus. Maiꝰ id ē: qđ in alpibꝰ: in collibꝰ: ī planicie subdio viuit: quodqꝫ voluptatē venādi hoībꝰ prestat Minꝰ quod sub terra in cuniculis: vnde nomē accepit vitā magna ex parte ducit. Hoc capi nisi superne eiectū nō potest. Alpini lepōibꝰ ꝛ qdē magnis: pro cibatu hyeme vescuntur. Cuniculis adeo baleares insule exundauere: vt certū sit balearicos ipsos ꝯ innumeram eoꝝ turbā ab Augusto militare auxiliuꝫ petiisse. Cuniculi caro melius ac facilꝰ alit q̄ꝫ leporina: que qdeꝫ frigide ac sicce nature est ꝛ ob eā rē bilē atrā facit.

De Histrice ꝛ Ericio.

i N india ꝛ aphrica hystrix peculiariter generaṫ. Ericio vel ut ait Pli. erinaceo similis spinis tergꝰ hispidū habꝫ: q̄s tēsa cute plerūqꝫ laxatas voluntaria iaculatione in hora canuꝫ vrgentiū iacit. Latet ut vrsus quatuor hibernis mēsibus. Huius caro vt erinacea licet nō admodū īter esculenta comedaṫ. Stomachū tamē adiuuat: aluū soluit: leprā: ac scabiē diminuit. Salitā hydropisiꝫ mitigat: mingentes in lecto: quo minus id faciāt adiuuat. Sūt q ꝛ taxos ꝛ glires cenis addāt: q̄ aīalia in qualitatibꝰ: hystrici haud mltū dissimilia sunt. De

glire hoc annotatū est: non congregari nisi plures ī eadem sylua. Et si misceantur alienigene dimicando aut vincere aut interire. Genitores pre terea suos senecta fessos insigni pietate alunt. Hy berna quieta gaudent. Recōditi.n. ꝛ hi cubāt. Rur suꝫ estate iuuenescunt. Similis ꝛ mustelis quies.

Liber Quintus.

De Auib⁹ Esculentis.

q Ui pauones ꝛ aues esculentas ad patinas transtulere: illi quidē nequaq̄ꝫ mihi dissipe visi sunt: cū ex his obsonia fiant ceteris sua uiora: ꝛ regū ac principū mensis q̄ꝫ humiliū: ꝛ mini mi census hominū magis conuenientia. Caueāt igi tur plebei ꝛ populares: ꝛ qb⁹ (ut ait Satyrus) res legi non sufficit tale aliqd delinquant ne dū come dant. Lautoꝝ hec erunt obsonia: ꝛ eoꝝ maxime: quos non virtus ꝛ industria: sed fortūa atqꝫ hoīuꝫ temeritas ex infima sorte: utpote e ganeis e stabu lis e popina non ad diuitias: qd̄ esset ferendū: sed ad summos dignitatis gradus erexere. Hi sunt quo rū gratia pauones ac phasiani nati aut capti viden tur. His preciosa vestis: preciosa suppellex: ꝛ quic qd preclaꝝ natura extulit debet. Cepā ꝛ aliū mecū deuoret Pomponi⁹: Adsit Septimi⁹: ꝛ Septumu leius Campan⁹: Nec extra tridiū pernoctet Cosmi cus: hunc sequat Parthēi⁹: ꝛ Podagrosus Scau rus: Fabium Narniensē: Antoniū ruffuꝫ ꝛ Mece natē non reiicio: q paupertateꝫ sponte amplectunt. Et ne mihi succenseat Cincinnatus: hūc quoqꝫ De metri⁹ ad cenam holitariā vocet: quandoqnidem ita fortune placet: que relictis industriis ignauie fauet.

De Pauone.

v Eniat ante omnes aues ad patinã pauo: ꝛ q̃ñ viu⁹ gloria delectat̃: mortuus quoqꝫ eiuſdem ſit particeps. Quod gloria capiatur pauo ex hoc ꝯ̃prehendimus. Laudatus .n. gemmatas alas ex aduerſo ſole: quo melius videat̃ cũ iactatione expandit. Idem annuis vicib⁹ cauda amiſſa donec ſubcreſcit pudibũd⁹ querit latebras. Uiuit ãnis quinqꝫ ac viginti. Colores incipit in trimatu fundere: ab auctoribus non glorioſuꝫ modo hoc animal traditur: veruꝫ etiam maleuolũ. Pauonẽ prim⁹ orator Hortenſi⁹ occidit in ſacerdotii cena. Saginare eos. M. Aufidi⁹ Lurco prim⁹ inſtituit: ex eoqꝫ queſtus prouent⁹ ſuos mirꝫ in modũ auxit. Sunt qui velint pauonis carnem craſſi ꝛ modici alimenti: ac difficilis concoctionis eſſe: melãcholiãqꝫ augere. Eiuſdẽqꝫ nature ſtrutii caro habet̃: queꝫ aphrica peculiariter nutrit.

De Anſere ꝛ Anate.

a Nſerem tam ſilueſtrem q̃ꝫ domeſticũ cane vigilantiorem eſſe teſtata eſt capitolii galloruꝫ tempore acerrima per. M. Malliũ e langore excitũ ꝯ̃ſenſio. Hanc ob rem cibaria anſerꝫ Cenſores in primis locabant. Anſer mortalib⁹ plurib⁹ in reb⁹ vſui eſt. Cuſtodia de q̃ diximus: plũma q̃ qbuſdam in locis bis in anno vulſa culcitras facim⁹: ut delicatorꝫ ceruices molli⁹ recunbant. Carne quã ꝛ recentem ꝛ ſalitam comedimus: adipe quo plura cibaria condiuntur. Iecore in quo maxime excellit: ſi lac pri⁹ vel mulſam imbiberit. Meſſalinus Cocta Meſſale oratoris fili⁹ pedes anſerinos toſtos ꝛ depilatos ẽt cũ criſtis gallinaceis in patinam addebat quaſi rem inter obſonia preclarã. Ego vero hãc ãt atqꝫ q̃s Columella hoc ẽ terra ꝛ aqua

victum querentes vocat: mali nutrimenti crediderim esse. Tutius enim et alis ⁊ pectore vescemur. Non multum ab his differunt anates. Que pectore tantū: (ut Martialis affirmat) ⁊ ceruice valet: cetera redde coquo. Anatis caro anserina calidiorē vim habet.

De Grue

a Bmari eoo veniūt grues: longa quidem peregrinatione: ducem quem sequant̄ deligūt. Habent ⁊ in extremo agmine qui gregem voce cōtineant. Excubias noctu faciunt lapillū elato altero pede continētes: ut relaxatus ob somnū: ac ꝑcidēs negligentiam custodis coarguat. Cetere dormiūt capite subter alam condito: alternis pedibus insistētes. Dux erecto prouidet collo: ac predicit. Ad nos venientes indutias tantisper pygmeis: quibus cū dimicare consueuerunt relinqunt. Capte vel pedicā vel retibus ad mensas transferunt̄. Ex his cibaria quouis modo cocta tarde coquunt̄: atrā bilem augent: ⁊ recrementi in se q̄3 alimenti plus habent.

De Ciconiis.

c Iconiam in cibariis: gruibus anteferendam: Cornelius nepos: qui diui Augusti principatu obiit affirmat: quam pauci nunc velint tangere ne dum esse: ob pastum credo: quem e serpentibus ⁊ luridis bestiolis colligunt. Unde veniant ciconie ⁊ quo se transferant incertum est: e lōginquo venire nulli dubium: ⁊ eo quo grues modo. Sed he vere: ille hieme sunt aduene. Abiture congregant̄ ī loco certo: ita gregatim: ut nulla sui generis relinquatur: nisi captiua ⁊ serua. Predicta die discedunt ita occulte: ut nemo videat

discedentiũ agmen: cũ tamen discessuras appareat nec venire prius q̃ venisse cernimus. Utrũq; fit nocturnis temporibus. Locus in asia est phitonosconiã vocãt patentibus campis: ubi congregate inter se cõmurmurãt: eãq; nouissima vẽit lacerãt: Sunt q ciconiis non inesse linguã affirment: ob serpentũ exitiũ: tãtus his honos habet̃: ut apud thessalos capitale sit ciconiã occidisse. Huius auis caro eadem fere que gruis est.

De Oloribus.

c Ygnus grecũ est nomẽ olore frequentatius: cõmeant ac remeant simili ratione olores q̃ anseres: et hoꝝ volatus cernit̃. Lyburnicaꝝ more rostrato impetu ferunt̃ facilius ita scindentes aera q̃ si recta fronte ĩpellerent. Colla imponũt precedẽtibus fessos duces ad terga recipiunt. Fabulose narrat̃ cygnos propriã mortẽ flebili cãtu prediceṙ. Ad patinas veniũt eadem fere ratione qua anseres.

De Hirundine.

b Irundo que grece dicit̃ a nobis: hybernis mensibus ad aphros aduolat: vere redit. Ex his auibus que aduncos vngues non habent sola bestiolis quibusdam volando vescitur. Thebarũ tecta subire negantur: quoniam vrbs illa sepius capta sit. Nec atria introeunt propter scelera Terei regis. Cecinna equestris ordinis vir comprehensas in vrbe secum ferẽs victorie nũcias amicis mittebat: in eundem nidum remeantes cũ victorie colore. Scripsisse Fabiũ pictorem in annalibus suis ferunt: cum obsideretur presidium Romanum a Lyguribus hirũdinũ pedibus epistolã allatã lĩeo ñuictã significãtẽ quo die aduẽtãte auxilio eruptõ fieri õberẽ

Tante celeritatis in volatu hirūdo est: vt ceterarū alitum minus obnoxia sit.

De Merulis, Turdis et sturnis.

a Beunt merule turdi similiter ac sturni: sed in vicina loca. Occultātur hec animalia sepibus ibiqꝫ hiberno tempore pabulū querūt. In germāia hyeme turdi maxime: estate in nostris mōtanis locis: autūno in plano et collibus inueniunt. Hyeme p̄terea loca maritima: et iuniperis ac myrtis abundātia etiam apud nos frequentant. Merularum caro tarde concoquitur: pauci alimenti est: et melancholiam auget. Turdi vero hyeme preserti bene: ac mlt̄ tum alunt: pauci recrementi sunt: ab his solum cauendum est: ubi lapsanum: quod greci nostri napellum vocant comedunt. Sturni: quos vulgo diabolicam carnem habere dicimus omnino ab obsoniis lautorū reiiciantur: hos comedat Uacerra noster: qui marsupio magis q̄ꝫ vite consultum vult. Sturnorum hoc proprium ē cateruatim volare: et quodam pile orbe circum agi omnibus ī medium agmen tendentibus.

De Turture.

v Ere turtur occultatur: pennasqꝫ amittit: loca sabulosa libenter frequentat: capitur rete: sagināt. In cibū sūpta aluū astrīgit: et ob hāc rem dysentericis dat. Aiūt turturem femellam amisso marito arborem viridem non attingere volatu.

De Gallinis.

g Allina hoīb⁹ ouo: pullastra: capo: gallo: vsui est: siue illa sit magna: q̄les patauīe siue ex pumilionū genere. Galli gallinacei: q salacissimi sūt, ꝓlis magis q̄ꝫ gule reseruant. Prosūt aūt non hac ī re tantū hūano generi: verū ēt in excitandis ad opa

diurna socordibus. Horas noctis cantu distinguūt. diem venientem denunciant: gregē gallinarū diligentissime custodiunt. Armatus vngue adunco & rostro vicini gallū a grege abigit: cui palma contigit statī in victoria canit: seq; ipsū principē testatur. victus occultatur silens. Hoc genus auiū solū crebro celum aspicit: predicitq; cantu serenitatē ac futurā pluuiam. Castrantur galli dū adhuc tenelli sunt duobus modis. Lumbis adustis candēte ferro aut genitalibus euulsis: quo facto statī pinguescūt. Affirmat Pli. gallinaceum in agro āriminēsi. M. Lepido. Q. Catullo consulibus semel locutum: Capos & gallias saginare liguritores ipsi iuenere: quo vnctius: ac lautius deuorarent: hinc altiles dicte: q sagina alte & enutrite sint. Auiaria ubi cicures atq; oīa genera auium segregata farcirentur. M. Lesius Strabo primus instituit: hisq; farctores: qui rē curarēt addidit: descripsitq; quid cuiq; aui ad farcturā apponendū esset. Deberetur huic merito statua in comicio: hanc Aruiragus: hanc. P. Gallus: hāc & germanicus noster proprio aere faciundā curēt: cū hi tāq; adoptiui iure hereditario popinariā officinā frequentent. Hyeme tamē melius q; estate saginatio fiet: probabiliorq; erit farctura. Galline ēt eo tempore anni meliores: quia tum minus fetu exhauriuntur. Pulli: qui nondum aut coire: aut ouū peperere estate dum tritura: dumq; adhuc de vite omphacium pendet: esui meliores habentur: masculi tamen magis q; femelle. Uerum ut tandem paucis absoluam: omnium auium laudes quantum ad obsonia pertinet vna caro gallinacea compressa ē: quid enim popinis afferunt relique altiles: quod nō

onus capus in se habeat: siue elixum: siue assum ve lis: Huius auis patina stomachum iuuat: pectus le nit: vocem sonoram facit: corpus obesat.

De Columbis.

c Olumbi pudicitia omnes aues antistãt. Plu res enim in eodem colũbario mixtim degunt neqꝫ tamen quis alterius connubia violat. Amorẽ mutuum querulo gutture ictuqꝫ rostri ostendunt. In venerem crebro ruunt: frequenti pedũ orbe fa cta adulatione. Idem faciunt ꝛ palumbes: verũ qꝛ semiferi sunt rarius fetãt. Uiuere palumbes ad tri gesimũ annũ Aristoteles auctor est. Columbi autẽ ꝛ turtures vix octauum attingunt annum. Ex his pipiones minus pẽniti calide sunt ꝛ humide plusq̃ꝫ satis est nature: ꝛ ob hanc rem tarde cõcoctionis ha bentur. multum alimenti: ac plus sanguinis gene rant: vnde inflãmationes: ꝛ febres oriuntur. Qui tẽ tare iam volatum incipiunt: salubriores nimirum habentur: maxime vero si cocti ex agresta fuerint: ne bilosis ob caliditatẽ obsint. Hic cibus pituita labo rantibꝰ non incongruit. Ab esu veterũ omnino ab stineas: duriores enim alimẽti sunt: ꝛ improbandi.

De Ficedulis: ꝛ Passere.

f Icedularum carduellium reliquarumqꝫ aui um minutarum caro: si pingues sint modo non nidificent: boni alimenti est. Absit a patinis no stris passer: qui esui sumptus ob nimiam caldi tatẽ male alit: difficulter ꝓcoq̃r: ꝛ libidinem excitat. Hec auis ut minĩe vite ẽ: ita salacissime. Mares ne gãt ãno diutiꝰ durar̃. Femĩs lõgior aliquãtulũ vita.

Nollē carduellos deuorari:plus.n. voce q̃ȝ patina hominē delectant. Imperata enim faciunt: ⁊ pedibus:atqȝ ore pro manibus vtunt̄:ut is quē in cubiculo Francisci Gonziaci Cardinalis cibū ac potuȝ duobus vasculis equilibribus funiculo ad se trahentē cū voluptate pariter ⁊ admiratione cernim⁹. Huius vice alabdā comedamus ⁊ carne ⁊ iure nō ĩutilis homini est.

De Coturnice.

c Oturnix parua auis est:⁊ cū ad nos venit terrestris potius habetur q̃ȝ sublimis. Aduolant he auicule non sine periculo nauigantiū:quippe velis sepe magno agmine incidunt: noctu presertiȝ nauigiaqȝ mergunt:austro non volant vento.s. humido ⁊ grauiorī. Aura tñ vehi volūt propter pōdus corporū:viresqȝ paruas:hinc illa volantiū conquestio labore expressa. Aquilōe ergo maxime uolant ortigometbra duce. Greci.n.coturnicē vocant. Primū eaꝝ terre appropinquātē accipiter rapit. Ultro citroqȝ iture comitatū solicitāt. Coturnicibus veneni semē gratissimus cibus. Hāc ob cāȝ quibusdā tēporibus:eā hesterne dānauere mēse:nostre nō iteȝ:quibus autūno Qualea sic.n. vulgares appellant:in precio ē. Uere cū redit insipida ⁊ mali alimenti habetur. In littore Antiaci captas edicuȝ Marso meo nihil insipidius.

De Perdicibus.

p Erdicibus in nidificatione mira solertia inest stipitibus.n.se quasi vallo contra feras muniunt. Maritos sepe fallunt transmutatis ouis: quoniā intemperātia libidinis earū oua frangunt. Dimicant inter se mares ob amorem: ut Coturnices ⁊ galinacei solent. Tante salacitatis hāc auē eē qdā

existimant: ut concipere ēt solo odore maris:aut ei⁹ voce audita possint. Perdicū vita ad .xvi. annos durare existimatur. Inter aues huius caro bene ac facile concoquitur:paꝝ recrementi:nutrimenti mul tū in se habet. Cerebri vim auget:geniturā facit: ac demortuā venerē excitat. Phasiāi caro mediū qd̄ dā inter perdicez ꝛ capū obtinet:licet Auerrois: eū quantuz ad obsonia pertinet:ceteris auibus antefe rat. Nec īmerito quidez si viz fabule attendimus. Itym sīqdē Terei thracū regis filiū in phasianuz conuersuz fabule narrant. Quare quid decētius re gū ac lautoꝝ mensis apponatur q̄z phasianus non satis video:ut eo tādez redeat:vnde digressus est. Hoc tragico scelere caret Pōponii mēsa:qui cepas atqz alium ascaloniūve pro ity conuiuis apponit.

Que differentia inter animaliū partes sit.

a Nimalium capita maxime vero quadrupedū ꝛ si crassi sunt alimenti multum tamen nutri unt. ad febres bilosas hominem impellūt. Se niturā virilem mirifice augent. Uolatilium cerebra q̄z quadrupedum salubriora sunt. Uerum cum ce rebri vis frigida sit ꝛ humida ex frequenti eius vsu pituite generantur humores: stomacho fastidium affert: ꝛ si post cibum assumitur vomitum. In pri cipio cene non item: maxime autē si mentha:aceto: atqz aromatibus fuerit conditum. Si concoquitur natura calidis confert: semen virile auget: ac aluuz lenit. Aiūt cerebella leporis ꝛ cuniculi contra vene num plurimum posse. Oculi animalium si tenerri mi sunt:ꝛ pinguis bestie: cū sint ꝛ humidi moderati alimenti habent̄. Hic bolus ophthalmia a ligurito rib⁹ vocat̄. Ligua hūiditatē ī se habet fere tēperatā

diter durũ ⁊ molle. Uerũ si cũ glandulosa carne: q̄ ei annoxia est: queq̃ glutinum quoddã ĩ se ⁊ humiditatem habet coquit̃: ⁊ cũ aromatibus condit̃: suauis esui est: nec insalubris habet̃. Cor frigidũ ẽ et siccũ: ⁊ ob eã rem melancholiam auget: tarde concoquit̃: nõ tamẽ parꝝ alit. De mortuo corde loquor viuens eniꝫ: caloris receptaculũ est. Pulmo uiuẽs calide ⁊ sicce q̃litatis est: mortuꝰ frigide ⁊ hũide ob eiꝰ raram textam ⁊ leuitatem modici alimẽti habet̃. Hepar qđ ⁊ iecur licet appellare: grossos generat hũores: difficile concoq̃t̃: appetẽtiã tollit. Lactẽtiũ iecinora: minꝰ tamen insalubriora putant̃. Gallinacea ⁊ anserina siue anatina his addũt̃. Caprarũ hircorũ iecinora fugito: ne in epilensiã incurras quam nostri comicialẽ morbũ appellant. Cõtra vero epar lupi non modo non nocet: veꝝ ẽt hydropisim curat. Ualet item epar rabiosi canis tritũ: ⁊ ex aqua potum cõtra morsũ alteriꝰ rabie seuiẽtis vbera q2 fibrosa ⁊ cartilaginosa sunt frigide vis ⁊ sicce habent̃. Hinc ẽ ꝙ crassuꝫ prestent alimentũ: ⁊ quanto lacte abundantiora sunt: tanto maioris sunt alimenti. Splen siue lien acorem quendã in se habet: ꝙ antea receptaculũ melancholie fuerat: hinc est ꝙ stomachũ: ⁊ appetentiam iuuat. Cito tamen satiat: Eius frequens vsus bilem nigram facit. Porcinus splẽ ceteris minꝰ insalubris habet̃. Ale auium in cibũ sumpte saluberrimi sunt alimenti: precipue autẽ gallinarũ. Sũt q ⁊ anserinas his addant. Frequenti enim motu siquid mali suci inest purgat̃. Similiter quoq̃ anserina ⁊ gallinacea colla ceteraꝝ volatiliũ meliora putant̃: si sanguine inter cutaneo caruerit. Grauis saporis renes vrine r̃ceptaculũ: ⁊ q̃si colla

quedam humidorum recrementoꝝ sunt. Difficilli me item concoqunt: ac in malū vertuntur humorē. Lactentis tamen hedi renes: q2 nihil adhuc terre stre habent: non improbantur. Pessimi sunt alimen ti: ac bilem atram faciunt: recrementoꝝ omniū rece ptacula licet obesent. Minꝰ tamen improbāda sunt auium: precipue autem galline ventricła: ⁊ intesti na. Junioꝝ animalium testiculi q̄3 vetuloꝝ q tarde concoqunt: probabiliores habent. Gallinacei tamē nūq̄3 īprobant. Non displicuit mihi Palelli hospi tis nostri patina: q pedes vitulinos bene lotos: ⁊ co ctos cū iusculo aromatibus insparsos: in cenā mo re romano attulit. Jnditum quoq3 aliqd ex aceto putari3 adeo appetentiam excitabant. Apponi hec patina prima mensa consueuit. Boni ⁊ facilis extat alimenti: pectori confert: tussi3 lenit: meatꝰ vrine ex ulceratos sanat: dyssentericis prodest. A medicis tamen anteriores magis q̄3 posteriores animaliū partes probantur.

De Obsoniis.

Liber Sextus.

a Ctum profecto nil hactenus videretur explicata eaꝝ rerum natnra: ⁊ ui: qui bus humana consuetudo vescit: nisi dein ceps obsonioꝝ cōficiendorum ratio: qua ⁊ coqui: ⁊ popinarii utuntur: ordine preberentur. Non enim omnium eduliorum eadem est coctu ra: eadem conditura: eodemve tempore. Elixa debet eē bubula: ⁊ vaccina caro: elixū vituli pectus.

Dorsũ tamẽ seu spinã malis appellare assaturã re-
quirit. Coxas eiusdem in pulpamentũ rediges. To
tũ veruece non iniuria elixabis: licet ex spatula ⁊ co
xis bona fiat assatura. Suillã carnem quoquo mõ
coxeris insalubrẽ inuenies. Ei⁹ tñ spina ubi recens
est assa ad gulã facit. Sũt q cepas in eius feruenti
adipe coquant: deuorentq;. hedi vtrũlibȝ cocti sua-
ues: ⁊ salubres sunt: coxe tñ asse meliores habentur
Eadẽ ⁊ de agni coctura. Caprinaȝ carnem si voles
mense ianuario cũ aliato comedes. Cerui vero an-
teriorẽ partẽ ĩ iusculo laridario coques: lũbos assa
bis: ex coxis pastillos: aut pulpamẽta facies. Eadeȝ
⁊ capreoli: dame: ac capre coctura. Apꝝ in pipera-
to: aut in laridario condies. Leporẽ assũ recte cõui-
uis appones: posterior tñ pars melior habet̃. Ante
riorẽ non iniuria in piperato vel laridario coq̃s. Ea
dẽ ẽ ⁊ d̃ cũiculo cocta. Sũt q vrsinã carnẽ ex pastil-
lo comedãt.

Quomõ coquẽde Aues Cicures ⁊ siluatice.

a Ues amphiuias: hoc est terra ⁊ aqua victum querentes: ut ãserẽ: cygnũ: anatẽ: grueȝ: cicõiã ac cetera eiusdẽ fere nature elixabis. Pauonẽ vero phasianũ: coturnicẽ: pdicẽ: turdos: merulas: ficedu las: gallĩas siluaticas assabis̃. De quoqȝ aues̃ elixẽt̃ cũ pipe ⁊ saluia nõ ĩsuaues vid̃bũt̃. Capos p̃pingues assos: medios ĩter maciẽ ⁊ pĩguedinẽ cõedes. Ideȝ fiet de gallina ⁊ pullastra.

Elixum.

c Arnẽ in frustra concisam per horaȝ in qua fri gida sines: bene deinde lotã cũ aq̃ calida: atqȝ iterũ recenti in cacabo lato: ne anguste bulliat ad fo cũ pones: saleq̃ȝ indes anteq̃ȝ effe rueat. Ubi ebullir̃ occipiet. bñ d̃spumabis. Si videris sabulũ aut terrã

cõmixtã sali:aque calide coclearem accipies:huicqꝫ salem infundes.In fundo sabulũ ⁊ quicquid terrestre erit residebit:sal in summo cum aqua natabit. Hanc colatam cacabo infundes.At si caro annosa fuerit:eam crebro cochleari eximes: recẽtiqꝫ aqua humectabis:ideꝫ facies si galline vel capi anniculi fuerint. Alba hoc modo cuꝫ iure caro remanebit.

Assum.

a Ssum ex quauis carne hoc modo facies:si annicula erit:ubi modicum ebullierit:ex cacabo exemptã illaridabis:voluiqꝫ ad igneꝫ iubebis quoad bene coquatur.At si tenella fuerit: ut vitulina ⁊ hedina sine elixatura eo modo quo superiorem decoques .Capos:phasianos:bedulos:perdices ⁊ qcqd siluaticũ assaturã requirit:bene deplumatos exẽteratosqꝫ in feruenti aqua lauabis:lotos ac pro appetẽtia odoriferis herbis pipere ⁊ larido bene conciso refertos ad focũ lẽto primũ igne coqui iubebis at ubi paululuꝫ a coctura abesse videris:salem cum trito pane circũquaqꝫ asperges:excitato maiore q̃ꝫ antea igne:ĩuolutoqꝫ volubiliore manu veru.Unde statim exemptã carnem:exhalareqꝫ permissaꝫ: ad conuiuas deferes.

Piperatũ ex siluaticis.

p Iperatum cũ qua vis carne siluatica hoc mõ facies.In catinũ tantũ ex vino nigro austero indito quantũ ex aqua:optimeqꝫ in eo carnes lauato: loturã dinde colato:additoqꝫ tãtũ salis:q̃ntũ res exigit.Eandẽ aquã cũ carne ĩ lebete ad ignẽ ponito.Coctam carnem eximito:in patinasqꝫ diuidito:bucellas panis in graticula torreto : tostas in aceto ĩmolescer̃ sinito.Ubi acetũ satis ĩbiberit vna cũ libra passulaꝝ eas optĩe ꝯterito. Huic oportune

sanguis ipsi⁹bestie adheret: vł iocuscula si fieri pos set cõtrita. Hec deinde cũ ipso iure misceto: additoq3 paꝝ sepe aut defruti cũ aceto illo cũ quo panem maceraueras. postea vero p cribꝝ setaceũ hec oĩa simł facito transeant. Indita in cacabũ aspersa pipe chariophilo: cynnamo: ut voles facito equaliter bł liant per dimidium hore in carbonibus agitando sepius cum tudecula vel cochleari. Carnem postrẽo cũ larido frictam: diuisãq3 in patinas hoc piperato condito: conuiuisq3 apponito. Młtum ⁊ commode alit: stomachũ fouet: corp⁹ obesat: bilosis tamen nocet: calculũ facit: plus minusve secundũ reꝝ ipsarũ compositionem.

Ius Laridarium.

i Us laridariũ cũ quauis carne siluatica h⁹ mõ facies. carnẽ in catino ubi tantũ ex vino albo: quantum ex aqua bene lauabis: loturãq3 (ut par est) colabis: cum hac lotura: cũq3 larido ac saluia minutatim concisa carnem in lebete coques: ubi ꝓpe cocta fuerit: aromata suffundes. Ut vero crassius aliquantulum iusculum fiat: oui vitella duo ⁊ qdem predura cũ qbusdã bucellis panis sicci ne oĩo tosti simł cõteres: contrita cũ iure miscebis: infundesq3 in cacabum. Melius tñ fieret hoc: aut ex sanguine: aut ex coctis: aut contritis iocusculis eiusdẽ aĩalis. Coctã carnẽ in patinas tuo more diuides: ꝯuiuisq3 aut minutatĩ: aut ĩ frustra ꝯcisã cũ ipso iure appones. Młti ⁊ hoc alimenti ẽ: stõachũ tñ crebo vescentibus facit. Epar ⁊ renes ꝯcalefacit: bilosis nocet: solis pituita laborãtib⁹ ꝯuenit.

Cibariũ ex siluaticis.

c Ibariuȝ: qđ vulgo corrupto vocabło ciueꝝ appellãt sic facito. Carnẽ siluaticã cuȝ aq̃ ⁊ aceto pari mensura coquito: coctã ex iure eximito: simi

toq3 in pinace: vl (ut latine dicã) orbe tãdiu resideat donec humor exierit: eã deinde ĩ optimo larido frigito. At si duas patinas condire volueris passulaꝝ librã: selibrãq3 amygdalaꝝ cu3 sua pelle contento hisq3 bucellas panis non nimiũ tostas: ⁊ atro vino remolitas ac tunsas addito: permiscetoq3 oĩa cum iure in quo caro cocta ẽ. Facito postea hec oĩa ꝑ cribꝝ farinaceum in cacabum transeant: ebullientq3 siml in carbonib⁹ longe a flãma ꝑ dimidium hore curato. Si aromatu3 cupidus aut secus eris: ex gingiberi aut cynnamo plus minusue addito. Cepullas postremo in ollula cum larido tessellatĩ ꝯciso bñ coctã ac tunsã in cacabũ dimittito: finitoq3 paululũ effer ueat: ac deinceps in patinã cu3 iusculo diuidito. Nutrit ⁊ hoc tarde concoqͥ: fastidiu3 mouet: caput ledit ⁊ oculos: epati nocet: ventrẽ ciet: bilosis obest ⁊ pectori.

Pastillus ex siluaticis.

e X ceruo vl capreolo pastillum sic facies: In frustra haud magna carnẽ ꝯcides. Una bullitione cu3 aq̃ ⁊ aceto saleq3 remolitã ex cacabo eximes: sinesq3 in quadra dõec vis exinaniet. piper deinde et cynnamu3 ꝯtritu3 siml cum larido tunso in modum placente subiges. carnẽq3 additis quibusdã ꝑ longum laridi tessellis hoc quasi foliato ĩuolues: indesq3 circunquaq3 cariophili grana: farinã3 deinde bene excretam subiges. ex subacta crustam grossiorẽ vnicuiq3 frusto circunuolues: in furnoq3 lento igne optime coques. Apponi hec statim conuiuis: vl seruari in mensem: aut saltẽ dies. xv. possunt. parum omnino alit: tarde concoqtur: stomachũ laxat: spleneticis ⁊ epaticis nocet: pect⁹ exaspat.

Pastillus ex Cicurib⁹.

c Icures appello oīa que domi aluntur:ut vitu lum capū gallinā ⁊ similia. Ex his pastillū sic facies. Carnis macre quantum voles sumito minutatimq; gladiolis concidito. Uitulinū adipem cū aromatibus huic carni bene misceto: ĩuoluta cru stillis in furno coquito. Cocta vbi ꝓpe fuerint: duo vitella ab albore ouoꝝ excreta cū modico acreste: cūq; iure perpingui bene tudecula agitata in pastil lū infundes. Sunt qui modicū croci ad speciem ad dant. Fieri ⁊ hic pastillus in patella bene vncta ēt si ne crusta potest capum pullastrā: ⁊ quicquid voles integrū ⁊ in frustra concisū in pastillo pro volupta te optime coques. In hoc ⁊ multū alimenti inest: tarde concoquit̃. Pauca recreamēta in se hab;. cor epar ⁊ renes iuuat: obesat: ac ventrē ciet.

Crusta ex Cicuribus

S I crustam voles ex pipionib⁹ ⁊ q̃uis aue: pri mū facito ebulliant: ubi ad cocturā fere vētū erit: ex lebete eximito: exempta ĩ frustraq; concisa ĩ sartbagine cū abundanti larido frigito. Inde in pa tellā vl̃ testū bene vnctā: crustaq; in stratū deuolui to. Huic pulmento non iniuria pruna ⁊ cerasa vel austera addes. Acrestā deinde ⁊ oua octo: si plures conuiuas habebis: vl̃ pauciora: si paucos cū modi co iure tudecula agitato: Huic petroselinū: amara cū menthā gladio minutatim: qđ fieri potest: cōcisā admisceto: ad ignēq; ponito: longe tñ a flāma. Len te.n. ebulliat necesse ē. Cochleari iteri tādiu misce ri debet: donec cochlearem ob grassitudinē integat. Fundito postremo hoc iusculū in crustā: ad ignēq; ac si arctocreas esset ponito: coctā cōuiuis apponi to. Multū alet: tarde cōcoquitur: pauca recreamēta

relinquet:bilē reprimet:corpus exasperabit.

Frictum ex qua vis carne.

f Rictū ex altilibus ⁊ qua vis carne hoc modo facies. Carnē vl' aues bñ exenteratas ⁊ lotas aut minutatī:aut q̄drifariā ꝯcisas in ollā cū larido ad ignē pones:crebroq; cocleari ne lateri serie adhereant ꝯuolues:ubi prope cocturā fuerint:maiorē partem laridi eximes vitellaq; duo cū acresta agitata cūq; iure ⁊ arōatibꝰ mixta i ollā fundes. Ebulliat tñ necesse ē ut recte coquat̄. Huic patīe crocum addunt qdā ut coloratior fiat. Nō erit ēt a voluptate alienū petrosellinū mīutatī ꝯcisū patīe īspgeṙ ꝯuiuisq; statī apponere. Alet mľtū:⁊ si tarde cō coquitur bilē reprimet:cor epar ⁊ renes iuuabit.

Pastillus In Olla.

p Astillū in olla sic facito. Carnē vitulinā cū adipe minutatī ꝯcisā i ollā pōito:pipiōes ⁊ pullos si voles adiicito. Ollā ipsā ad carbones longe a flāma ne concitate efferueat ponito. Ubi ebullire occeperit despumato:passulas deinde iponito. Cepam postremo minutatī ꝯcisā cū larido frigito. Frictā in ollā indito:ubi oīa ꝓpe cocta existiaueris: acrestā ⁊ aromata suffundito. Sūt q ⁊ duo vitella ouorū bene agitata cū acresta infundāt. Mľtum alet tarde ꝯcoquet̄:nauseā faciet:stōacho nocebit:epar ⁊ renes concalefaciet; sperma augebit:caput ⁊ oculos ledet.

Mirause Catellonicum.

c Atellani gens qdē lauta:⁊ q̄ īgenio ac corpor̄ italice solertie haud mľtū dissiīlis habet̄ obsoniū:qđ mirause illi vocāt:sic ꝯdiunt. Capos aut pullastras:aut pipiōes bene exēteratos ⁊ lotos ī veru collocāt:voluūtq; ad focum tantisper quoad

semicocti fuerint. In exeptos ac tessellatī diuisos in ollā indūt. Amygdalas deinde tostas sub ciere cali do abstersasqꝫ lineo pāno terūt. His bucellas aliqđ panis subtosti addunt mixtaqꝫ cū aceto ⁊ iure ꝑ cri bꝝ setaceū trāsmittūt. Posita ī ollā hec oīa īspsaqꝫ cynnamo gingiberi ac saccharo mľto tādiu efferue re simľ ī carnibꝫ ꝓcul a flāma lēto igne ꝑmittūt: qͦ ad iustā cocturā ꝑuenerit miscēdo semꝑ cū cochlea rio ne seriē adhereāt. Hoc nihil suauiꝰ cū valischa ra meo edisse memini. Mľti ē alimēti: tarđ ꝯcoquit epar ⁊ renes ꝯcalefacit: corpꝰ obesat ventrem ciet.

Ut Pauo coctꝰ viuꝰ videri possit.

n Ecat pauo: aut pēna suꝑne ī cerebꝝ demissa aut iugulat: ut heduli solēt: quo sāguis exeat. A gutture deinde vsqꝫ ad caudā pellis leuiter scīdi tur: scissaqꝫ cū ꝓpriis pēnis a toto corꝑe ad caput trahit: quo abscisso cū pelle reseruato cruribusqꝫ: pauonē ipsū aromatibꝰ ac odoriferis herbis refer tū veru assabis: īfixis tñ priꝰ ꝑ pectꝰ chariophilis in uolutoqꝫ collo lineo albo ꝯtinuo aq̄ hūectato ne oīo desiccet. Coctū pauonē ex veru exēptū ꝓpria pelle ītegés. ⁊ ut pedibꝰ stare videat: virgulas ferreas ī fixas tabule ad hoc fabrefactas: ꝑ crura ne cernant ꝑ corpꝰ ad caput ⁊ caudā adiges. Sūt q ad ludū ⁊ ri sū cāphorā cū lana ori idāt ignēqꝫ: ubi ad mēsā fert inīciāt. Hoc Sellio nō placꝫ: q ignē r formidat. In aurat ēt pauonē assuꝫ ⁊ arōatibꝰ ꝯspsū bractheis au reis licet ad voluptatē ⁊ magnificentiā: Idē ēt fieri đ phasiāis gruibꝰ āseribꝰ capis ac ceteris auibꝰ pōt. Uerꝝ tarde ꝯcoq: parꝝ alit: atrā bilē auget: epaticis ac splematicis nocet.

In porcello asso.

p Orcellū adhuc lactētē iugulato villosqꝫ oīno

i Ndicū mar testudies tātas emittit: ut singlaꝝ superficie affirmāte. Pli. habitabiles casas itegāt. Aiūt item inter insulas rubri maris hoīes his cymbis nauigare. Testudinū putāine secare i lāinas lectosq3 postes ac repositoriū his vestire. C. Juli⁹ polio pm⁹ īstituit: 7 ut Maro ait Radiāt testudine postes. Capiūt aūt cū diuti⁹ desiderio respirandi in superficie consistūt: ita sole intoste: vt īmergere se superuenientib⁹ venatorib⁹ non possint. Sūt 7 terrestres in siluis habitantes: q̄ vt credit herbis 7 rore vitā ducūt. Has canib⁹ inuentas rustici ad cibū trāsferūt. In cacabū feruentē aq̄ coniiciūt. Semi cocte 7 exempte confracta testudine ablatisq3 intestinis ac pelle iteꝝ: donec exacte coqnt in cacabū ad ignē ponūt. Coctas pipe croco vitellis ouoꝝ dissolutis suffūdes. Sūt q ex aliato vl ex salsa comedāt. Boni sūt alimēti: 7 sine moreto: medele viz habēt.

De ranis.

r Ane inter pisces neq̄q̄3 nūerande recte hoc loco ad culinam venient. Rubetas 7 sub terra viuentes: vt noxias reiicio. Aq̄tiles he sūt de q̄b⁹ loquor. Bolo capte meliores esui putant: q̄3 q̄ fuscina. A serpentū enim morsu attrectate: ac lese: bolū attingere non putant. Captaꝝ coxulas denudatas pelle per noctem aut diem in recenti aq̄ natare sinim⁹. Jnuolutas deinde farina in oleo frigim⁹. Frictas 7 in patinā trāslatas: palell⁹ me⁹ salsa viridi suffūdit: ac fenicli florib⁹ aromatibusq3 inspergit.

Liber decim⁹ de Coquendis piscib⁹.

d Icere de natura 7 vi pisciūm omnium instituerā: nisi me transmutata 7 confusa ipsorum nomina perturbassent. Animātiū

siquidem nulla species est: que indiuiduorum suorum magis q̃ȝ piscea nomen: et descriptionẽ amiserit. Fecit hoc euuȝ: et eorum: qui ante nos fuere negligentia atqȝ ĩscitia. Dicã tamem q̃ȝ accurate fieri poterit de his: qui ad mensas veniunt: quorum presertim nomina integra adhuc extant. De oĩbus dicere cũ plura vulgo credita sint: que in aqua: q̃ȝ que in terra nascuntur non esse consilium. Pisciũ quibus humana consuetudo vescitur: natura fere frigida et humida est ad similitudinẽ helementi: unde nascunt̃. Marini tamen minus ob salsedinẽ aque putantur. Saliti vnde vis sumpti insalubres habẽtur. Male.n.alũt: et sitim ingentem excitant. Recentes medie etatis: diu eiȝ viuere pisces putãtur: et non nimiũ pingues nec limuȝ aut cenum sapientes: nec cito putrescẽtes nec duriciem: aut vligimẽ preseferentes: maximis et minimis ante posueriȝ semper. Meliores itẽ putãtur marini secũdũ quosdã q̃ȝ fluuiales: rursuȝ fluuiales q̃ȝ qui in lacubus nascuntur: et hi q̃ȝ qui ĩ paludibus. Probabiliores preterea duxerim saxatiles q̃ȝ harenosos: harenosos q̃ȝ cenosos: et palustres. Non ĩprobant̃ itẽ et q ex mari flumina innatãt: et q ex fluminibus in maria descẽdũt: si id eorum natura patit̃. Pisces tamẽ oẽs q̃lescũqȝ sint dure ob eorum frigiditatẽ et viscositatẽ concoctionis habent̃. Sanguinẽ preterea frigidũ ac phlegmaticũ generant. vnde varie et graues oriunt̃ egritudines: neruos molliunt: et ad paralysim preparant: sitim excitant. Hũectare tamen ventrẽ putãtur: et geniturã augere. Piscium oĩum non eadẽ est cõditura et coctura: quos elixos et frictos voles fere oẽs exquãmato exẽterato brãchias euellito: ac bñ lauato. Cõtra vero quos assos

optabis integros ad focũ põēs: excepta salpa lacia ꝛ
quoꝝ intestinũ per brãchias extrahitur.

De thynno.

d E thynno: cuius precipua magnitudo est dice
re primo institui. pependisse enĩ thynnũ ca-
ptũ cui⁹ latitudo duo cubita ꝛ palmũ volebat quĩ-
decĩ talenta constat. Nascuntur ꝛ in amnibus ut in
nilo rheno ꝛ pado. Thynni mares sub vẽtre pinnã
non habẽt. Bienniũ eoꝝ lõgissima vita. pleniluniis
pinguescunt. Uerno tẽpore capiuntur in sinu bizan
tio: hyberno in ponto latent. Capti ac membratĩ
diuisi ceruice ꝛ abdomine commendãtnr. Sale etiã
reseruati pulmẽtoꝝ vicẽ ieiuniis subeunt. Salitũ
eius abdomẽ: ꝛ solidũ nec molle: quod tarãtellũ vul
go appellant: aqua ꝛ aceto interiectis furfuribus
quo melius salsedinem relinquat: bene lotum: ꝛ
repurgatum in aqua non multum coques: exem
ptum: ꝛ aceto bene maceratum: ubi voles edito.
Sunt qui aromata dulcia inspargant. Ex eodem
thynno fit salsamẽtũ quod thynninã appellant. In
aqua tepida horas sex hec innatet oportet: si purga
tã voles. Elixã pãꝝ admodũ: ex aceto comedes.
Hec ut omnia alia salsamẽta pessimi sunt alimẽti.
Recentẽ thynnũ pipere cynnamo coriãdro tritis:
cepa cocta ꝛ concisa aceto melle oleo condies.

De mulo.

m Ulum piscem apud romanos in precio fuisse
ubiq; fere legit̃. In mari rubro libraꝝ octogĩ
ta quidẽ inuenti ferunt. Nã Celerem Asiniũ mulũ
emisse septem milibus. Capti ac vulnerari ferula:
qua aliter percoqui nõ possunt ad elixum ꝛ assum
tendũt. Elixos eo modo quo ꝛ thynnũ: assos pipe:

ruta nucleis tunsis: et aceto aut acresta perfundes.

De Anguillis.

o Ctoginta annis viuere anguille putantur. Du rant itē sine aquis senis diebus aquilone spirā te: austro paucioribꝰ. Tolerare hyemem in parua aqua: aut in turbida viuere non possunt. Captā an guillā ꝛ excorticatā: ac exenteratam in frusta satis magna concides: ac veru ad focū bene coques. Po sitis inter frusta lauri aut saluie foliis hūectādo sē per cocturā muria: quā isti salimolā vocāt. Ubi ꝓ pe cocturā fuerit: farina aut pane trito addito cyn namo ꝛ sale inspargendo circūquaq; incrustato. Elixā si voles: cū petroselino saluia: ac quibusdā lau ri foliis percoques: ꝛ acresta ac pipere suffundes. Salitam preterea in frustra concides: macerataq; ī aqua horis quatuor aut quinq; in cacabū ad focuq; pones: semicoctam in aquam recentē transferes: si nesq; efferuere: donec oīno coquatur. Coctā: petro selino conciso ꝛ aceto suffundito.

De Murena.

m Urena oua parit quocūq; mēse: citissime cre scunt: cū reliqui pisces statuto tēpore id agāt. In sicco littore elarsas coitu serpentū īpleri vulgus putat. Aristoteles marem qui generat zinirum vo cat. Discrimē hoc inter marem ꝛ feminā esse: ꝙ mu rena varia ꝛ infirma sit. zinirus vnicolor ꝛ robustꝰ dentes extra os habere dicūtur. Inuenit in hoc aīa li documenta seuitie veriꝰ Pollio eques romanꝰ ex amicis diui Augusti viuariis eaꝝ īmergēs damna ta mancipia tāq; ad hoc feris terraꝝ non sufficien tibus. Ferunt aceti gustu eas ī rabiē agi. Murenas apud ātiquos ī precio fuisse credideriq;: ꝛ ꝙ Licinio hoc pisce effusissime delectato cognomentū dedit: ꝛ

ꝙ. C. Cesar dictatō cū triūphales cenas populo da
tur⁹ esset: sex milia murenaꝝ emisse dr: aut ut Pli
nio placet mutuo accepisse: ꝛ ꝙ Luci⁹ Crassus pre-
diues ille murenā in piscina dom⁹ sue mortuā atra
t⁹ tāq̄ꝫ filiā luxit. Hoc idē de Hortensio scribit Pli
ni⁹. Ex pharo sicilie optime putant: quas illi plotas
latini flutas vocant: ꝙ in summo semper natantes
sole torrefacte curuare se posse ꝛ in aquā mergere
desinūt: atqꝫ ita facili⁹ capiunt. Uarro sic dictas pu
tat: ꝙ in summa aq̄ pre pinguedīe sui fluitent. Coq
tur murena exossata more maioꝝ: ut anguilla sub-
lato corio capite et cauda: assam moreto uiridi suf-
fundes.

De Echino.

p Aru⁹ admodū piscis assuetis petris echinus
:quod carnis adherente na
ues tardi⁹ ire credūt. Cū Plinio sentire Luca
n⁹ videt. Non propriū retines euro tēdēte rudētes:
In mediis echin⁹ aqs: cui⁹ prima syllaba ab eodem
Lucano producit: cū ꝯ a Juuēale corripiat: ꝛ re ve-
ra sit breuis natura. Obseruare itē greci: ut echinos
castaneaꝝ folliculos appellarent: quos Martialis
hoc disticho imitat⁹ ē. Iste licet digitos testudīe pū
gat acuta. Cortice deposito mollis echin⁹ erit. Echi
nos vbi coxeris: pipere ꝛ croco asperges.

De Sepia.

s Epia inter pisces sanguine carentes numera-
tur. Carentium autē sanguine: tria sunt gene
ra. In primis q̄ mollia appellāt. Deīde cōtecta cru-
stis tenuib⁹. Postremo testis ꝯclusa durit. Mollia
sunt loligo sepia polyp⁹: ꝛ cetera generis eius. His
caput ter pedes ꝛ ventrē collocatū ē. Pedes octoni

omnibus sepie ꝛ loligini: ex his duo pedes longissimi ꝛ aspi qb⁹ ad ora cibos admouēt: ꝛ in fluctib⁹ se veluti āchoris stabiliunt: cū ceteris venāť. Sepiaꝝ generi mares varii ꝛ nigriores ꝯstantieq; maioris. Feminis tridente percussis exiliant. Contra vero femina icto mare fugit. Ambe autē ut sensere se apprehendi effuso attramēto infuscata aqua latebras querunt. Sepias elixas ab haeno in patinā missas cum pipere lasere condies ut voles. sunt qui ex pipere cynnamo coriandro viridi mētha vel arida: oui vitello aceto vel acresta: olei modico: ubi bullierint obligent.

De Loligne.

S Unt ꝛ loligines ꝛ loliguncule: que magnitudine potius q̄; qualitate differunt. He extra aq̄; se offerentes volitare putantur. Cocte ꝛ in patinā trāslate pipere: ruta melle: olei guttis cōdiunť.

De polypo.

P Olypus dictus est ꝙ multos habeat pedes ꝛ brachiis ut pedib⁹ ꝛ manib⁹ vtitur. Cauda q̄ ē bisulcata ꝛ acuta in coitu: letantur admodū odore. Uescuntur conchilioꝝ carne. Oīa in domū comportant. Deinde putamine rosa carne egerit. Annatantes que ad ea pisciculos venantur. Polypum coctū pipere ꝛ lasere condies.

De Conchis.

E X genere conchilioꝝ conche habentur q̄ q̄de; visu oīq; sensu alio q̄; cibi ꝛ periculi carent. His apertis insidiantur polypi. Imposito ei; lapillo contra conchas ne claudi possint securi carnes extrahunt. Negant in aqua nullum esse animal ad confidendū hominem atrocius: cocta pipere: petroselino mēta sicca: cynnamo obligas.

De Locustis.

l Ocuste crusta fragili muniuntur. Latent mensibus quinis. Eodem tempore et cancri occultantur. Ambo more anguium veris initio senectutem exuunt renouatione tergorum: cetera in vndis natant. Locuste reptantium modo fluitant. Unum hoc animal nisi viuum feruenti aqua incoquatur: bonam carnem non habet. Uiuunt petrosis in locis. Aliter sic coques lacustas. Aperiunt locuste ut assolet cum testa: et infundit eis piperatum ac si in craticula assatur.

De Cancris.

c Ancri hyeme aprica loca sectantur: estate in opaca purgatum recedunt. Omnia eius generis hyeme leduntur: autumno et vere pinguescunt: maxime plenilunijs. Cancrorum plura sunt genera: sed omnibus fere longa est vita. Pedes octoni omnes in obliquo flexi. Femine primus pes duplex: mari simplex. Preterea bina brachia denticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his mouetur in inferiore immobili: dexterum brachium omnibus maius. Uniuersi aliquando congregantur: quod ex eorum diuerso ac trito itinere apparet. Sunt et cancri: qui phynotere appellantur: omnium minimi: et ob hanc rem iniurie oportuni. Huic solercia est inanium ostrearum testis se condere: et cum acreuerit migrare in capatiores cancri pauore. Retrorsum cedere cancri pari velocitate putantur. Dimicant inter se vt arietes aduersis cornibus incursantes. Contra serpentum ictus medentur. Aiunt sole cancri signum transeunte ipsorum corpora exinanita preferti ac sicca existentia in scorpiones transfigurari. Ex hoc genere et echini putantur. Oua omnium amara sunt: et quina simul iuncta. Ora eorum in medio

corpore in terrā versa traduntur. Seuitiā maris p̄sagiūt. Hinc ē q̄ correptis operiūtur lapillis: mobilitatēq; pōdere stabiliūt. Quod ubi videre naute statiz pluribꝰ anchoris nauigia firmant. Sunt qui ⁊ cochlee: tā aquatiles q̄z terrestres ī hoc genere collocent. Ungues habent in tenebris ēt velud igne lucentes. Coqui hi oēs ex aqua ⁊ aceto: ⁊ abundāti sale debent. Ita efferueāt oportet: ut bis terve spumā exundāti haeno emittant. Cocti ⁊ ī patinas translati ex aceto comedūtur. Farciri ⁊ cambari euacuata testa: tūsa ipsoꝝ ex cauda ⁊ chelis carne: tūsis amygdal': vua passa: vitello oui: trito caseo si tēpora patient: petroselino amaraco minutim concisis: ⁊ farcti frigi in oleo lento igne debent. Cāmaꝝ ego illuz putarim: qui paruꝰ admodū ⁊ tener tā ex lacubus q̄z ex marinis litoribꝰ capit'. Coqui ⁊ hi eo modo qꝰ superiores debent. Cācri certe difficillime cōcoquūtur: cocti asmaticis ⁊ ptisicis prodesse putantur. Teste eoꝝ in cinerem redacte: ⁊ cū melle ac gentiana pote: morsui rabiososi canis mederi putant'.

De Conchis.

In conchis magna est ⁊ figure ⁊ coloris varietas: utpote planis: cōcauis: lunatis: longis in orbē: curuatis: dimidio orbe cesis: in dorsum elatis leuibꝰ: rugatis: denticulatis: crinitis crispis. Ex his pectines recōditi: ⁊ ipsi magnis frigoribus: ac magnis estibꝰ saliunt: ex̄ volitant seq; ⁊ ipsi carinant. Magna venit romāis luxuria ex conchaꝝ genere. Origo āt ⁊ genitura conche: vnde margarite nascūtur ostreaꝝ conchis haud multū differt. Hāc āt repleri rosido conceptu tradūt: ubi genitalis anni hora eā pāsā quadā oscitatōe emisit. Meliores q; mar

garitas ex qualitate roris puri vł secus gingi. In aqua mollis vino exemptus protinus durescit. Cō cha ipsa cū manū hominis vidit: comprimit se atqȝ operit: gnara se propter opes suas peti: manūqȝ si preuēit acie sua abscindit. Capte ꝯche ac sale obru te in vasis fictilib⁹ erosa carne oī nucleos quosdam corpoꝝ: hoc est vniones in fundo relinquunt: cādo re magnitudine inter se distantes: ⁊ q̄ nullibi duo reperiunť indiscreti. his merito vnionū nomē roma ne īposuere delitie. Clarior in rubro mari reperiť. Duo fuer̄ maximi vniones vsqȝ ad Cleopatre tem pora. Que Antoniū ad luxū prouocans: insumme re se posse vna cena sestercium centies affirmauit. Hec ubi mirari vidit Antoniuȝ arridēs vesana mu lier phyalā poposcit: cui aceti acris nonnihil infun dit: atqȝ illuc vnionē dēptū ex aure altera festinabū da dimisit: eūqȝ mature dissolutū (ut ei⁹ lapidis na tura est). M. Antonio bibendū apposuit. Hic vnio centies sesterciū sine contentiōe valebat: cui⁹ āt ma gnitudīs fuerit inde colligi poterat ꝙ qui superfuit postea victa regina: ⁊ capta egypto. Romā delat⁹ defectusqȝ est: ⁊ facta ex vna margarita due: atqȝ īpositis simulachro Ueneris aut mōstruose magni tudinis in tēplo quod Pantheon dicitur. Conche igitur si non hac ratione satis humanis delitiis sa tisfaciunť: ī carbonibus (ut ostrea solemus) coquāť.

De Purpura ⁊ Murice.

p Urpura ⁊ murex conchiliis ānumerantur. La tent circa cāis ortuȝ tricenis dieb⁹. Cōgregāť verno tempore. Purpura florē illū tingendi vesti bus oliȝ expetitū ī mediis habȝ faucib⁹ nigrātis ro se colorē referens: reliquo tēpore fere sterilť viuas

qui eas querunt capere contendũt: q cũ vita succuz illum amittunt. Conche omnes celerrime crescunt: precipue autem purpure. Anno. n. magnitudinẽ im plent. Murice tñ purpura colore prestantiorẽ cre dideri. Ab his & ostz dicebatᷣ color ille celeberrim⁹ q ex ostreis purpura ac murex erueretᷣ. Et sarra nũ nomen ab Sar vrbe Phenicie: que postea Ty rus appellata ẽ sumpsisse cõstãt ut apud Uirgiliũ.
Et gemma bibat & sarrano dormiat ostro.
Coquuntur & he eo modo quo cetera conchilia.

De Ostreis.

d E siliceis tandez conchilibus cum ostreis con cludamus: que q2 demortuam ẽt venerem ex citant apud lauros & libidiosos in precio sunt. Ser gi⁹ ille: qui ab Orata pisce capto: & auecto cogno mentum accepit primus oĩum non tantũ gule quã tum auaritie gratia ostreis uiuaria adinuenit: Lu ci Crassi oratoris etate ante Marsicum bellũ: quo quidem principio adeo vectigalia: & priuati prouẽ tus ex piscinis creuere: vacantibus etiã huic rei ma gnis viris utpote Lucio Phylippo & Hõtẽsio: quos piscinarios Cicero appellare solitus est: ut Catonẽ Uticensem. L. Luculli heredem de piscinis quadra ginta quadringentis millib⁹ vendidisse scribãt histo rici. Idem igitur Orata qui primus balneas pensi les habuit. Primus ẽt ostrearia in Baiano colloca uit: q2 limosa regio que soleam creat: & passerem: conchiliis quoqz muricibus & ostreis idonea ẽ. Pri mus ẽt optimum saporẽ ostreis lucrinis adiudica uit. Hec cocta in carbonibis: atqz ex testis exempta frigi in oleo & aromatib⁹: atqz acresta suffundi pos sunt.

De Orata.

n On est credendū ozatam ad nos aliunde cum impensa aduecta sine causa:que ī sapore ₇ voluptate collaudata est. Omnium tn̄ aurata lucrinā conchā depasta nobilioz habet̄:teste Martiale hoc disticho.

Non omnes laudes preciumq₃ aurata meretur:
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.

Si pinguis est ozata elixā: si macessit assa₃ facito: ac mozeto viridi suffundito.

De accipensere.

a Ccipenser:quē secūdo bello pūico romā aduectū cōstat:rari capitis piscis ē:magniq₃ precii. Squāma₃ ducit aduersa₃:cu₃ ceteri secūdā habeāt Hunc piscē cozonati ministri cū tibicine ad palatinas mensas ferebāt:quasi ambzosias dapes.

De scauro.

s Caurus ex Asia in nostru₃ mare ab Octauio prefecto classis aduectus ē:quē pisce₃ iter hostiā ₇ cāpanie littus ea lege sparsit:ut qnquēnio donec mltiplicaret intactus reliqueret. Melioz tamē intestinis q̄₃ carne est: auctozitate Martialis.

De Lupo

t Alia alibi melioza nasci sentēcia Uarrōis: ac Plinii dep̄hendim⁹:qui uerbis his lupo inter pisces palmā ascribūt. Ad victum optia refert ager campan⁹ frumēta. falernus vinū. Cassinas oleum. Tusculan⁹ ficū. Mel tarētin⁹. Piscē lupū maxime qui iter duos pōtes captus ē Tyberis. Ut rombu₃ sinus Rauēnas:murenā siculus littus. Assatur aūt in craticula lupus: si is est quē vulgo laciā vocant. auulsis bzachiis extractoq₃ per eāde₃ viā intestio: assum salsa viridi suffundes. Quod si elixum voles

leucophago inuolues. Utroqꝫ modo suauissiē edit Ad hunc Pomponiꝰ tyberis accola Martio Apri li et Maio me sepiꝰ inuitabat: satis etiā tuto perdit cum non incōgrue alat. Philippus romaꝰ nostra e tate phisicus egregius: et discipline veterū diligen tissimꝰ rimator asserit stirionē: si saporē inspicimus esse quē veteres illi captū īter duos pōtes tātopere laudabant. Nec lacie eā laudem ascribēdam putat. Uter nostrū meliꝰ diiudicet liguritorū sit iudiciū.

De Siluro.

S Ilurus masculus omniū edita custodit oua: et sepe qnquagenis diebꝰ ne absumātur ab aliis At marinꝰ mus in terra scrobe effosso parit oua et rursus obruit terra trigesimo die refossa aperit: fe tūqꝫ ī aquā ducit. Nos pisces esui hoīum nequaqꝫ cōmendandos censui.

De Rombo.

R Ombū ī adriatico captū: maxime vero ī sinu Rauennate suauissimū esui crediderim: quod apud maiores nō nisi pricipum mēsis appone batur. Magnitudīs eius Iuuenalis auctor est uno carmine Incidit adriatici spacium admirabile rōbi Et Martialis: Quāuis lata gerat patella rombuꝫ. rombus latior est tamē patella. Rombum in calato vinctum aut pinaci annexum ī cacabo coques. Fa cillime eni si hoc modo coquatur disrūpitur. Efer ueat item lento igne necesse est. Coctum cuꝫ leuco phago ⁊ aromatibꝰ: ⁊ tuto ⁊ suauiter edes.

De Stirione.

T Radi per tenebras nūc mihi videor: quando horū de qbꝰ deiceps dicturꝰ sum pisciū: nullꝰ certus vl' noīs vl' nature existat auctor. Negligētie maiorū ⁊ inscitie id magis qꝫ mihi ascribēdum est.

Utar ego nouis nomīb⁹ ne delicatorū gule per me
dicant stetisse: quomin⁹ integra uterētur voluptate
Stirion piscis est pregrādis: flumīa non nisi lata in
greditur. Captū non statim: sed post paulū in aqua
dimidiata vino albo vl' aceto coques. Salē indere
memēto. Tantū coeture: quātū vitulina caro reqrit
Comedi stirion ex leucophago ubi multū gingibe-
ris insit vel ex aliato vel ex sinapido debet Ex stiri-
one fit salitura: quā vulgo scinale vocāt: quasi spi-
nale: q ex dorso ⁊ spina fiat. Bonū scito: cū i tessel
las cōcisuз integrū ⁊ rubeū erit. Dū in craticula co
quit: aceto ⁊ oleo crebro īspergito: ne desiccetur. ubi
calorē penetrasse credideris: ab igne eximito: ac suf
fusuз reliquo aceti ⁊ olei: cōuiuis appōito. Hec sunt
potatorum calcharia.

Cōditum: quod cauiare vocāt.

O Ua stirionis exēptis qbusdā neruis qui hec in
ter erāt lota ex aceto aut vino albo ī tabulam
extendes: ut exsiccētur. Salita deīde in vase aliquo
aut inuoluta: sale manu nō tudecula ne frāgātur in
saccū rare texture: ut īde hūor exeat coniicies. Po-
strēo vo ī seriā ī fundo pforatā: ut siqd hūoris iest
īde exeat. ad usuз repōes bn̄ pmēdo ⁊ opculādo. Co
qui duob⁹ modis cauiare pōt. Nā ⁊ ī buccellas vel
frusta pāis parū tostas extēsuз ad ignē cuз fuscina
aut gladii cuspide tādiu retinēdū ē: doec crustā fece
rit colorationē: atqз stati calidū edēdū. Et aut lotū
aqua tepida: ne pl⁹qз satis ē salitū videat: oleribus
bn̄ cōcisis excauato pani ac trito admiscebis: addē-
do parū cepe mīutatiз cōcise: ac fricte: mīmū pipis.
Hāc deīde īpensaз in frictate modū coques: et gre-
cos huiuscemodi sibi auidissimos pasces.

Cauiare

Lumbrina.

l Umbrina piscis est nõ contẽnend⁹ coruo assimilis. Coquitur autē et cõditur eo modo quo stirio: minus cocture: quia tenerior est requirit.

Dentale.

d Entale nostra etate dictũ: q dẽtes fere exertos habeat: quib⁹ et piscatores interdum ledere cõsuenit. Sensere antiatis cicatrices in digito acceptas a dentali vulneris inspexi. Orate simĩlis est. ut stirio coqtur.

Uarrolus.

v Arrolum paruũ utpote quatuor aut quĩq libarũ: nec exquãmatum nec exenteratũ: aut ĩ craticula. aut in oleo coquito. Si ĩ craticula: aspergere cõtinuo salito oleo et aceto memẽto. Mĩtã cocturã amat: ppter ei⁹ exuberãtem humiditatẽ.

Coruus.

c Oruus subniger est ad corui similitudinẽ: ũde nomẽ accepisse putatur: pĩnas in tergum oblõgas gestat. Lapidem itẽ in capite gerit. Affirmat Palladi⁹ dolorẽ laterũ sedari: si sub annulo gestatus carnẽ attigerit. Optimis piscib⁹ ãnũeratur. Coqui siue magn⁹ siue paruus: ut varrolũ dixi potest. Frictũ moreto: et cui modicũ alii insit: aut sinapido suffundito.

Solea.

s Olea piscis lautus nec admodũ longus: verũ subtilis et solee similitudinem habet: vnde nomen accepisse puto. Frictum petroselino minutiz cõciso: et acresta: aut succo malarancii suffundes. Numeratur et hic inter bonos pisces.

Palmita.

p Almitas ego paruas lumbrinas crediderim. Neq. n. nisi quantitate tãtum differunt. Nam et oblõge he sunt: et sub nigre: et caudã habẽt subtilez

acutam ꝛ bifurcatam: Sunt item sine squāmis. Coquitur ꝛ conditur ut stirio. Si parua admodū fuerit frigatur: petrosilino ac succo malarācii ĩspergat

Frauolinus.

f Urgit in dorsum frauolinus: inclinatq; caput foris ruber est: intus albigat: ac saporem optimu; edētibus prestat. Coqui quo vis modo potest maior. ꝛ elixus leucophagū: minor ꝛ assus salsam reqrit viridem.

Trillia.

t Rillia curti capitis piscis ē ꝛ grossi: caudā itē in acutum ducit. Integra nec exēterata assanda est: ac muria aspergēda: Ad dies octo aut dece; durabunt: si patina altera super altera; posita salimola ꝯspersa fuerit.

Salpa.

s Alpa piscis nec magnꝰ nec boni saporis est. Syluestre. n. nescio quid sapit. Colorati or itē in medio: ꝛ ex trāsuerso extat. Hic piscis quia ventricosus admodū est: bñ exenteratus: sed parua quātū fieri potest ĩcisura: assaturā requirit: ꝛ moretum.

Scorphion.

s Corphion niger est: dēsas ĩ tergo spinas hñs: qbꝰ nōnūq; piscatores ledit: Magnū elixum: paruū assu; facies.

Cephalus.

o Ptimi saporis est cephalꝰ septēbri mēse: piscis subalbus: ꝛ satis magnus: ĩ dorso planꝰ: cuius caput ꝛ curtū ꝛ grossu; ē. Magnu; in cacabo coques: paruū in craticula: salimola ꝯtinuo ĩspergēdo: ne desiccetur. Magnū cū leucophago: paruum muria ipsa cōedes.

Passer.

p Asser a passere auicula: cui fere assimĩlis est: capite. n. tātu; differūt: nomē accepit: elixo pe-

trofelinū:a ſſo malarācii ſuccū ides.

Cāmari marini.

c Ammaros marinos paruos admodū: ꝛ quoꝝ teſta tenella eſt:elixos ꝛ feniculo ꝛ aceto ſuffū dito.

Cappe.

c Appe ex genere conchiliorꝝ ſunt:coqui ī patella ſine aqua debent. Conchas ubi videris pre calore aperiri acreſtam cū modico piperis triti:ꝛ petroſelini conciſi indes:admiſcebiſq; : ac ſtatiꝫ in patinas trāſferes. In aqua bene ſalita per noctē aut dieꝫ retinende prius ſunt:ut amaritudinē innatam relinquant.

Merlucius.

m Erlucius ſine ſquāmis ē: accepit forta ſſe hoc nomen a merula. Lucio tamen perſimilē aiūt. Coctū cū ſinapido albo comedes.

Luci⁹ fluuial.

l Uciū fluuialē exenteratū elixabis:cocto ſquāmā cū pelle auferes:ac ex leucophago:aut aliato:aut ſinapido comedes. Paruū luciū ſi voles a ſſato:hic piſcis iter alios min⁹ īſalubris habeť. Sūt q ꝛ eūdeꝫ liciū appellent.

Trute.

t Rutas quaſi truſiles a trudēdo noſtra vernacula dictas puto:ſēp.n. ī aduerſuꝫ ꝛ īpetuoſuꝫ flumē truta nitiť: aduenientes vndas ſuperare ꝯtēdēs. Cōciſa truta ī fruſta ac ſalita ī cacabo ita ut ſurſum vorſum ī ciſura vertať:ex aq̄ ꝛ aceto:ita moderate impoſito: ut neqꝫ ſal diluať : neqꝫ pluſq̄ꝫ duob⁹ digitis aq̄ emineat coqui debet. Ubi deſpūa ueris:deinceps lento quoad fieri poterit igne efferueat. Coctā ꝛ in pinaca extenſā: ut nōnihil exicceť aromatib⁹ dulcib⁹ inſparges:ac cū leucophago bn̄ gingiberato comedes. Paruā trutā exēteratā:ꝛ bn̄ ſquāmatā integrā hic dextra hic ſiniſtra a capite ad cau

dā incides:incisuris salē indes:ac per horas duas inter duas tabulas opprimes. farina deinde īuolutam in oleo ferlente friges:coctam hoc modo:ad q̄tuor ꝛ quinq; dies seruabis. Quouis modo edatur grauis concoctionis est.

Thinca.

q Uā nunc thincam dicunt:olim menam appellatam crediderim. Si grossa erit ꝛ lixam voles: ex acresta:aromatibꝰ:petroselino minutī conciso:conditā comedes.

a Liter si grossa erit:eam bene exquāmatā:ac ꝑ mediam spinā incisā:ita īuertes:ut quod foris erat intus denuum fiat:infractis etiam costis: ac cōcisis intraneis inditoq; rursum cū ouis sex:petroselini concisi:piperis tunsi:alii diffracti:croci modico: Sunt qui damascenas:aut cerasia acria: aut passulas cum pineis mundis cum ouo diffracto indant. Coquenda lento igne in craticula est:coctam salimola ex aceto oleo croco sapa suffundes.

a Liter si parua erit:eo modo scindes:quo superiorem. ꝛ consparsā farina oleo friges:frictā: aut acresta:aut succo malaranci suffundes. Hoc etiam quouis modo cocto nihil peius.

Piscis persicinus.

p Ersicū piscem precipuū. Uerbanus lacus ꝛ padus fluuius producūt: quē ideo hāc denoīationē accepisse putāt: ꝙ ꝑsici saporē habeat. Paruꝰ ē:vario colore distinctꝰ. Suauis hic piscis habet: ꝛ minꝰ insalubris. Maiorē exenteratum nec exquāmatū ex aqua aceto suffusa coques. Coctū ac mundū:ut in lucio diximus:conuiuis appones. Paruū exenteratū:ꝛ exquāmatum in oleo: aut in craticula cum salimola coques.

Lampreda.

l Ampreda ãguille multũ assimilis est: breuior tñ est: & foramina utriq; sub aure habet. In Cisalpina parue: i Hetruria mediocres: rome ex tyberi pmagne capiũtur. Sed bñ a natura actũ est: quãdoqdem illic delicatissimũ ac satis magnũ pduxerit piscem: ubi vallate gule inter se: auctis rerũ pcũs certant. Emi frequẽter lãpredas quiq; sex septem aureis: & olĩ a quodã laticlauio vigĩti: cũ alter secũ auctionaret: scimus. Nec passa est igenua gula tãtã audaciam gratuitã esse. Dispẽsatori enĩ qp sui ipius arrogãtiã & fastũ: nolo dicere stulticiã imitat9 esset cẽtum aureos dono dedit: ne secundo ad singulare certamẽ puocat9: timidus ac infract9 animo succũberet. Nõ hoc voluit Christus: q virtutũ nõ flagitiorum & gule certamia ad imitationẽ nobis pposuit Sed ad coquinã redire tuti9 est: q̃; vulnera recrudescẽtia attrectare. Offam cerbero obiiciam9: ne in nos caninã rabiẽ exerceat: vel lãpredã cõditã meliorẽ offa. Lampredã erutis dẽtib9 ac lingua: & extracto per obscenas partes solo qd eo tendit intraneo: cũ aqua calida bene lauabis nullibi cominuta pelle. Colligẽdus ẽ item sanguis: quo cdimẽtum fieri solet. In os eius nucẽ muscatã: in foramĩa que circa aures habet: chariophoh integra grana indes. Inuolutã deĩde i spirã i tygano ad focum cũ semiũcia optimi olei paruo acreste: vini albi & optimi: salis q̃ntũ saterit lento igne pcoques. Ubi feruere occepit sanguinẽ e capite in tyganũ ipsũ; exprimito. Idem etiã fieri añq; ferueat potest. Ei9 moretũ hoc modo facito. Amygdalas aut auellanas cum sua pelle tostas ac tersas ne cinis insit: buccellam item panis ustulatã cũ passulis cõtũdito: tũsa cũ agresta de fru-

to aut ĩ parte cocture dissoluito: ac per setaceum in catinũ trãsmittito: ĩdendo semp parũ gingiberis gariophilorũ: cĩnami: & id sanguis qđ diximꝰ colligendũ: hãc impẽsam in tyganũ infundens: donec lampreda cocta videbitur: una efferueat sinito.

a Liter assam si voles dũ coqtur sanguiẽ & adipem colliges. Hoc item ĩ eo quo pdiximꝰ modo eduliũ condies. Sũt q minimas: quas lãpredocias vocãt in craticula lẽto igne pcoquãt. suffundẽdo ꝯtinuo ex oleo acresta sale aromatibus simul mixtis.

Barbuli.

b Arbuli fluuiales sunt inter bonos pisces quouis modo cocti nõ cõnumerãtur. Eorũ oua mẽse pſertim maio perniciosa habentur.

Temulus:

t Emulꝰ piscis est optimꝰ: & is maxĩe: q ex abdua capit̃. quouis modo pcõmode coquit̃. Fricturã tñ magis reqrit.

Congrum.

c Ongrũ: quẽ Antiates brũchum appellant: in frusta cõcisum: eo modo coqto: quo anguillã: locato inter frusta saluie: aut lauri folia.

Leo marinꝰ.

l Eonẽ marinũ ideo cancrũ a vulgaribꝰ dictũ puto: q leonis & colorẽ & similitudinẽ quãdam habet. Eiꝰ os: & id forameñ: qđ sub cauda habet: lana occluditur: & in furno admodũ calido sine aqua: liqmĩe ve ullo lẽte coqtur. Sũt q eũ carbonibꝰ circũuallẽt: crebroq3 voluãt: ne cõburãtur. Coqui item ex aqua & aceto potest: ut cancros fluuiales solẽꝰ. Plꝰ tamen cocture reqrit: q grossior & durior est. Coqui et eo modo lagustẽ possunt: que ex genere

Cancer

cancrorum: sed leone maiores habentur.

Scarde.

s Carde quouis modo coquantur īsipide sunt: & plus molestie ob minutissimas spinas inter edendū: q̄3 voluptatis afferunt.

Carpani.

c Arpani grossi & herbas ubi flumina ob incre- scentia ex alueis exeunt depasti: non insuaues cum leucophago: aut aliato habent. Parui frigun- tur. Nos manthuani bulbaros ligua vernacula vo cant.

Salmoni.

s Almonos quouis mō coxeris optimos inuenies.

Lasche.

l Ascharū magnam vim Transimenus produ cit. Fricte & in carbonib⁹: aut in craticula asse: salsam: aut acrestam requirunt.

Lacteolini.

q Uos vulgus lacterinos: ego lacteolinos appel lauerim a lacte & albido colore: quo etiam trā slucētē spinā integro & viuo licet cernere: adeo dia- phani sunt. Mari & lacubus capiūtur. Fricti more- to viridi: aut acresta suffundi debēt.

Lacterini

Rouilliones.

r Ouilliones trillie persimiles in lacu albano: & tyberi precipue nascunt: parui sunt & īsuaues. Coquuntur: & sibi accondiuntur: ut lacteolini.

Acicula.

a Ciculas a diminutione acus: eos pisces appel lauerim quas vulgus acucellas vocat. Acus enim similitudinē habent: & quouis modo cocte: opti me habent.

Acucella.

Turdus marinus.

t Urdum marinum ideo sic dictum: q̄ turdi si-

militudinem habeat:quouis modo coques: assus si napidon requirit. Agoni.

i IN lacu albano optimi nascũtur Agoni: pisces nõ admodũ magni:⁊ fere sardelis assimiles. Elixi petroselinũ:butyrũ ⁊ aromata requirunt. Fricti malarancii succum aut acrestã.

Sardelle.

s Ardelle ex benaco admodũ laudãt. Fricte ex acresta aut malarancio suffundũtur.

Polypos.

p Olypum a multitudine pedũ ut dixim⁹ sic appellatũ:quoquomodo coxeris: malũ dices.

Cancri.

c Ancri: quos vulgo mutatis ⁊ inuersis litteris grãcos vocãt:tã fluuiales ⁊ he lacuna:q̃ʒ maritimi cocti: aceto suffundi debent.

Carpiones.

m Iror a Plinio cũ de benaco celeberrimo ueronensis patrie lacũ mentionem persepe fecerit:nil de carpione:quo lac⁹ ille precipue extollit:ab eo scriptũ relictum esse. Coquuntur carpiones quouis modo. Uex ut diu durent: captos statim ac i salimola biduo retentos in optimo oleo diu friges: ut bene coquantur. Seruari hoc modo per mensem:⁊ si minus salubres ⁊ insuaues sint: ⁊ eo amplius: si recocti fuerĩt:seruabũt ⁊ alii pisces:nõ tamẽ adeo si hoc mõ fuerĩt fricti. Cauendũ est ne a spina: quam in capite gestat ledaris:pernitiosa enim:ac si veneno tincta esset:habetur.

Calamarii.

q Uos isti calamarios vocant melius ⁊ magis proprie attramentarios appellassent: cum ⁊

caput ad formam vasculi attramentarii habeant: et attramēta ut sepe fundant. Magni in frusta concisi ac elixi: et petrosilino minutim cōciso: et aromatibus parui fricti ex succo malarantium cōeduntur.

Pisces in gelu.

g Elu ex aqua vino et aceto fit: et quo diutius seruetur multa aromata indi oportebit. Ex iure mene: aut lucii prepinguis exenterati tātum: nec ex quāmati optimū fiet gelu. Sed is piscis lento igne: et in tanta aqua ut vix tegatur bñ coquēdus est. Cocti et exempti pellem rursum in cacabum pones: ac ebuliat aliq̄zdiu sines. Reliqua deinde que in gelu carnium facienda diximus obseruabis. Congelari ac constringi: et reliqui pisces elixi presertim tā maritimi q̄z fluuiales hac conditura poterunt.

Oua Tarica

o Ua cephali sale trito cōsparges: reseruata mēbranula illa in qua oua ipsa tanq̄z in folliculis nascuntur. Post diem a salitura inter duas tabulas per diem et noctem opprimes: inde ad fumū suspendes procul flāma: ne vehementem calorem sentiāt. Sicca in vasa lignea cum furfuribus repones. Edi hoc modo non insuauiter poterunt. Uerum si cocta volueris sub cinere: aut in foculari calido et terso sepe voluta cōcalefacies: ac peredes. Cum sophiano meo hoc nil suauius edisse me memini. Delata e grecia illa putarim: unde optīa salitura aduehi solet.

Quid sit edendum in tertia mensa.

d Ictū iam satis qd in prima et secūda mēsa sit edendum: dicendum deinceps erit et hoc breuiter

quidem quid in tertia tanquam in conclusione ad sigillum stomachi sit assumendum. Esse carnes si contigerit: tum assas: tum elixas pro tempore anni aut poma aut pira acida presertim que exhalationes cibi antecepti a capite propulsent comedes. sunt qui mix in modum inter quos est nicander raphanum radicibus ascriptum probent: quod post cibum sumptus concoctionem adiuvet: ad ima stomachi penetrando: pituitam extenuet: vapores ad caput elatos deprimat: renes et vesicam purget. Salutaris et contra fungorum venena: vipere: ac scorpionum morsus habetur. Tanta est eius acrimonia maxime vero silvestris: quem ego armoratium dici crediderim in abraso cortice dorso scorpionis impositum statim necet. In prima mensa sumptum: non adeo probant medici: quod ob eius acrem et calidam vim non patiatur cibum in stomacho quiescere: ructus generet: et concoctionem inducto vomitu impediat. Sigillare stomachum casei preduri modicum putatur: et probibere: quo minus exalationes caput et cerebrum petant. Fastidium item ex unctuosa cena aut dulci exortum percommode tollit. Comedunt anesum et coriandrum saccharo involutum delicatiores mense ad oris et capitis medelam: feniculum vulgares. Castaneam cuius vis frigida est et sicca omnes de qua varie disceptatum est. Hanc alii nucibus: ut Virgilius. Castaneeque nuces: alii inglandibus: ut Sardi: qui eas balanos vocant anumeranda censuere. Echinis pungentibus tanquam quodam quasi vallo cortice et membranula ut res preciosa involuitur In precio quondam erat Tarentina que et balanitis vocabatur. Laudabatur et Neapolitana quondam ut nunc Mediolanensis: Castanee omnes bene dentibus trite: a bonoque stomacho sumpte: non incommode alere: obesare:

apperentiam facere putantur. Meliores item habentur inter prunas ꝛ cineres cocte q̃ȝ que elixe: aut in patella perforata ad flãmã toste sunt. Nimia enim eius turgiditas ꝛ stiptica vis decoquitur. Sumpte itẽ cũ sacharo aut melle pituita extenuare putant̃. Esus preterea cotoneoꝝ malogranati acidi presertim: ꝛ oĩa que astringunt ut siliquaꝝ ꝛ pistachiorũ non ĩprobatur. Post pisces edende aut amygdale aut auellane: aut nuces sunt: ꝙ piscium frigidã viȝ ꝛ humidã sua siccitate reprimere putantur.

De Vino.

C Ena ꝛ prandium sine potu non solũ insuauis: veꝝ etiam insalubris habet̃: cũ haustus sitienti q̃ȝ cibos esurienti sit gratior: ꝛ iucundior. Humectare cibũ necesse est: ꝛ ad refrigerationem pulmonis: ꝛ quo melius subigatur: ꝛ concoquatur quod sumpsimus. Vinũ quod Androchides ad Alexãdꝝ scribens eius intẽperãtiã cohibiturus sanguinẽ terre appelauit: haustũ calefaciendi ꝛ hũectandi: foris infusum refrigerandi ꝛ desiccãdi vim habet. Est. n. eius vis calida ꝛ humecta: unde Homerus
appellauit: ꝙ semina caloris habeat. Hinc est quod corporibꝰ fessis nil celerius subuenit: si modeste sumatur: nil item perniciosius si modꝰ absit. Tremuli enim graues: palidi fetulenti: obliuiosi: lippi: steriles: ꝛ ad gẽiturã tardi: cani calui: senes ꝛ ante tẽpus ob ebrietatẽ fiunt homines. Quare modus adsit ex hominum etatibus: ꝛ anni temporibus necesse est. Ut enim hyeme plus esse Celsi sententia ꝛ minus: sed meracius bibere conuenit: ita estate potione q̃ȝ dilutissima ꝛ que sitim tollat nec corpus incendat: ꝛ ut vere cibum demendo diluciori aliquid

ad minus: ita autumno cibo paulo plenioꝛe vtēdo minus: sed meracius bibimus. Danda est pꝛeterea senibus meracioꝛ potio: pueris dilutioꝛ: iuuenibus ⁊ medie etatis mediocris. Sumenda est item potio ex qualitate regionum coꝛpoꝛum ve. Frigida loca ĩcolentes meratius: calida dilutius: temperata quod medium quoddam retinent bibant. Sanguine abūdantes dilutibile: acuta bile vexati tenue: Atra meracum. Pituita austerum bibant. Uinoꝛuꝫ tria esse genera Plini⁹ asserit: austerum: dulce: tenue. Austeruꝫ pectus astringit ⁊ exasperat. Dulce lenit: sed inutilius: cum in acutam bilem facillime transeat. Tenue omnino inutile: cum membꝛis omnib⁹ opituletur. Alba vina si tenuia: aut non nimiū meraca sunt: facilius q̄ꝫ nigra concoquuntur. Nec enim pectus et fibꝛas astringunt: illa laxant ⁊ leniunt. Sub alba vero tutius assumuntur. Conficiendoꝛum vinoꝛum ratio: que diuersa ex regionibus colligitur a rusticis peritis regionum petatur. Nobis sit satis bꝛeuiter connumerare: que vina in pꝛecio sunt. Legentes tamen pꝛius adhoꝛtoꝛ: ne me ob hanc rem: vini appetentissimum putent: quo nemo me instituto et natura diluti⁹ bibat. Uina suoꝛum tempoꝛum laudauere veteres: ut albana pꝛedulcia: Surrentura tenuia salubꝛiaqꝫ Tiberius Cesar: Signino inesse miram austeritatem ad continendam aluuꝫ asserebant medici. Laudem magnam attribuit Mamertinis vinis Diuus Iulius publicis epulis. Falernum laudauere omnes: maxime vero Maro continentissimus omniuꝫ. Laudabimus et nos sine controuersia ⁊ repꝛehensione: vina ligustica: et ea maxime: que in littoꝛe Genuensi nascuntur.

Lenia enĩ sunt ⁊ iucũdissimi saporis. nec quicquã obstat quin ea nectar appellē. Habet ⁊ Cortica firmissima vina: et que caput facillime tentent. Non ĩprobatur ⁊ grecũ: maxime vero quod ĩ oppidum Seminianũ in Hetruria nascitur. Accessit ⁊ maxima laus seueriniano ex lucrinis mõtibꝫ: quod estatis precipua refrigeratio est. Rome potissimũ: vbi et calore ⁊ ciborũ varietate: ac copia tãquã fornaces voracissimi exestuãt stomachi. Nobilitate ⁊ elegãcia sua me retrahit Trebianũ: quo Hetruria maxime excellit. Nõ negauerim in Piceno in Cisalpina inqꝫ reliquis Italie partibꝰ alia ⁊ digna esse fama: sed horũ tãtũ mẽtionem fecisse satest: ne etati nostre: que meliora vina q̃ꝫ hoĩes ꝓducit: nõ satisfactum dici possit.

De sedandis perturbationibus.

Nil prope ad voluptatem ⁊ valitudinem tot p̃ceptis erit actũ: nisi rationem sedandarũ perturbationũ: quas greci vocãt breuiter ostenderimus. He autem ita mentem e propria sede plerũqꝫ dimorẽt: ut perturbato animo sit necesse corpꝰ quoqꝫ aliquo ⁊ plerũqꝫ graui incõmodo angi. Perturbationum omnium fontes: ũde riuuli prope infiniti noti õnibꝰ esse debẽt. Duo enĩ opinata bona sunt: quorũ alterũ presens: alterũ paulo post affuturũ speratur: voluptas gestiens opinione alicuiꝰ magni boni: ⁊ presentis: ⁊ cupiditas quam eandẽ vel libidinẽ licet appellare: que est ĩmoderata appetitio opinati cuiusdã magni boni: ut ait Cicero. Duo itẽ opinata mala: que pari ratiõe: qua superiora illa distĩguntur: vt metus ⁊ egritudo. Appetere enim aliqd cũ ratione est sapiẽtis maxĩe ꝓpriũ:

cum id modeste fiat voluntas dicetur: quez vero se
cus fecisse viderimus: libidine proprie commotum
dicemus. Superiori gaudium: quod cum ratione
excitatur: sequenti leticiam exultantem effrenata cu
piditate ascribimus. At vero ut voluptati mali-
uolētia letans alieno malo. Delectatio per omnes
sensus diffusa iactatio: tanq̃z generi partes subiici-
untur: sic libidinem ira excandescentia: odium: ini
micitia: discordia: indigentia: desiderium sequen-
tur. Egritudo autem que est animorum aduersā-
te ratione contractio his partibus distinguitur in-
uidentia: emulatione: obtrectatione: misericordia:
langore: luctu: merore: erumna: dolore: lamenta
tione: sollicitudine: modestia: affrictione: desperatio
ne. Quibus perturpationibus mors etiam nonnū
q̃z oritur suffocato et oppresso corde sanguinis et spi
rituū ob metum agitata concursione. Metus pre
terea qui cum exanimatione humili atqz infracta
futurorum malornm habetur ratione fugendus ē:
que pigriciam: terrorem: timorem: pauorem: exani
mationem: conturbationem: formidinem: mētibus
hominum philosophornm mandatis obtemperan-
tium abstergit. His autem egritudinibus animi:
quas a similitudine egrotantium corporum nomē
sumpsisse videmus opportune medebimur: si tem-
perantia: fortitudine: modestia: prudentia: immo
deratas appetitiones nostras quasi corruptum san
guinem: aut redundantem pituitam: aut acutam bi
lem: atramve: vnde morbi in corporibus oriuntur
diluemus. Non obstabunt tum voluptati honeste
aut optime valitudini auaricia: ambitio: mulierosi-
tas: peruicacia: liguritio: violentia: petulantia:

fraudatio:scelus:furor:turpitudo : temeritas: ege-
stas:amentia:desperatio rerum:quibus tanq̃ꝫ teter
rimis furturis agitati : nisi fortes ⁊ constantes eri-
mus. Equitatem:pudicitiam:bonam rationem:pu
dorem: fidem :pietatem:constantiam:honestatem:
sanam mentem ⁊ bonam spem amittentes ab inte-
gra voluptate:quam ⁊ bone valitudini coniunctaꝫ
dicimus:cum dedecore declinabimus.

✠ .Finis. ✠

Viri doctissimi Platyne opusculum de obso-
niis:ac de honesta voluptate ⁊ valitudi-
ne: impressuꝫ in Ciuitate Austrię:
impensis ⁊ expensis Gerardi
de Flandria. Venetiaruꝫ
Duce Inclito Jo-
hanne Mocēico.
✠ Nono Kalendas Nouembris. ✠
.M°.cccc°.lxxx°.

✠ Laus Omnipotenti Deo. ✠

✠

Platyne de honesta voluptate: et valitudine libri primi capitula.

Libri Secundi. cap.

Libri Tertii cap.

Capitulorū libri Platine de obsoniis ⁊ honesta voluptate ⁊ valitudīe finis.

Cartarum presentis operis registrum.

.1.	.5.	.9.
Platyne de	in oleo z	deterior est
tot popinarios	missum ad	placebit
subsolani.	q hoc animal	buccellas
naturalis eniz	gentibus impe.	Torta alba
.2.	**.6.**	**.10.**
Nunc.n.non	existimant.	in catinum
fructus malos	quedam humi	huc indes
z calidum	cõmixtam sali	quando ita
que bona sunt	toq3 in pinace	i Medicum
.3.	**.7.**	**.11.**
Imbibitu3 aut	Colo deinceps	n On est
gallo cõceperit	igne facies	Utar ego
de omento	omnia simul	acutam
eiu3 q̃3 agrestã	r Ipsum quod	dã incides
.4.	**.8.**	**.12.**
tum melle	m Mala rosea	cum id mo
de cardis	mecta fuerit	Platyne de
Radix eius	donec aqua	de auibus
est origanum	uinarũ addito	

Laus deo.





